246. Si ſolum ad ſalutandum, urbanitatis vel gratitudinis cauſa, aut ad nuntiandum quæ fiunt vel ſunt futura, mittitur; tum ſi dictio non eſt cum Tranſitione ad perſonam cui mittitur, dictio fiet ut verus ſenſus poſtulaverit, & *pin* ponetur bis. E. g. *epuhue quine huaca lagman v. lagmabin, pi ta ni chao, pilelen v. pilelmen Huenuvilu*, vade, dic *huenubil*, quod perendie ſim occiſurus vaccam, & nuntius illa nuntiabit uti ſupra 245. Alias verbum *pin* ponitur cum Tranſitione tertiæ ad 2dam vel numeri Singularis, Dualis aut Pluralis prout fuerint unus, duo vel plures quibus nuntiatur. E. g. *lagmabin pi ta ni chao*, v. *pieimu ta ni chao*, dic illi, quod ſim eum interfecturus. *aldù mari maribichi pii ta ni chao, piabimi*, dices illi, quod ipſius ſedulitatem gratificer, quod ipſum amem multum de ſua cura & diligentia, quod grata mihi ſemper erit tanti beneficii recordatio. & filius iſta narrans ſic dicit: *aldù mari maribichi pii v. pieimu ta ni chao.*

247. Si quæ perferenda ſunt, ſunt tantum verba ſalutandi, urbanitatis, honoris; *pin* non ponetur omnino in fine, ſed poſt verbum: ac demum adduntur aliæ formulæ, quas forte didicerunt ab Hiſpanis. E.g. *aldù mari maribichi pieimu ta* ni *chao : ni mogen*, ni *cùmelen cai*; Pater meus te quàm humaniſſime ſalutat, & quærit quî valeas: an bene tibi ſit.

248. Si quis narrat dicta vel facta alterius, id fieri poteſt vel ita ut narrans illa referat ſimpliciter ut geſta ſunt, vel ut referat alterius dicta, quæ ipſe præſens audivit, aut alius illi coram narravit: ſi illa audivit ita immediate, ponetur dictum alterius iisdem formalibus verbis, quæ illa perſona loquens protulit, aut proferret ſi coram adeſſet, ſecundum regulas Tranſitionis, ut ſupra diximus. E. g. *lagmabin pi v. pieiu*, dixit quod illum eſſet occiſurus, perempturus, necem ìpſi machinaturus. *aucatuabin mapu pibui*, dicebat ſe res novas moliturum, conjurationem, rebellionem procuraturum.

249. Eodem modo fiet, quando referenda eſt res futura, ita ut in futuro ponatur utrumque & verbum, & *pin*. E. g. *pepi ulaian piai*, dicet ſe venire non poſſe. Aliquoties Futurum cadit ſupra *pin*; & verbum eſt ponendum in Aoriſto. E. g. *vamgechi*

vem-

vemŋeabui piai, dicet ita faciendum fuiſſe. NB. quandoque verbum *pin*, ſi non intervenit Tranſitio, mutatur in Participium. E. g. *pialu* pro *piai*: *pilu* pro *pii* quamvis rato dicunt *pilu*, quod facile confundatur cum *pilu*, ſurdus; unde potius dicunt *piquelu*, *pillelu*.

250. Quoties refertur dictum plurium, *pin* poterit poni vel in Singulari vel in Duali aut in Plurali: idemque intelligendum de reſponſionibus, quid quisque reſponderit. E. g. *amoain* v. *amoan piŋn*, dicunt ſe eſſe ituros, venturos.

251. Si mandatum ſit ſecundo modo 238 *pin* bis ponitur. primum *pin* ponetur ut jam eſt dictum multoties: ſecundum erit vel imperſonale *piam*; vel Paſſivum per *ŋen*: & hoc concordabit ſemper cum perſona, de qua eſt ſermo. E. g. *laian em pii piam* v. *piŋei*, dicunt eum dixiſſe ſe moriturum. *rcüŋen piaimi piŋeaimi* v. *piaiam*: dicet dicturos eſſe me eſſe avarum, tenacem, ſordidum.

252. Si in iſto ſecundo loquendi modo reperiatur Tranſitio, uti ſi alter alteri referat dicta alterius ad alterum, tunc ſi loquantur coram ac invicem, fiet ſecundum regulas Tranſitionum. E. g. *laŋmaeimi pien*

piam,

piam, dicunt te dixiſſe, quod me velis occidere.

253. Si hic modus narrandi invicem dicta alterius, includat bis *pin*. E. g. dicunt me dixiſſe, te dixiſſe, &c. intelligendo dicta in abſentia; tunc verbum ponitur in prima Perſona cum Tranſitione ad tertiam prout fuerit numerus; & primum *pin* in tertia perſona, vel cum Tranſitione prout fuerit perſona ad quam dictum refertur, & ſecundum *pin* vel per Imperſonale vel per Paſſivum cum *gen* uti ſupra E. g. *lagmabin pii piam* v. *pigeimi*, v. *lagmabin pien piam*. Si verbum fuerit neutrum, ponetur in tertia perſona. E. g. *gollinche gei pien piam*, dicunt te mihi dixiſſe me eſſe ebrioſum.

254. Si verbum *pin* ter ponitur e. g. mihi dixerunt, dici, quod dixerim; ſi perſona, quam dicunt dixiſſe, eſt illa quæ loquitur; verbum ponatur in prima perſona, tanquam dictum illius: *pin* immediatum verbo in tertia perſona: ſecundum *pin* per Imperſonale, & ſi per paſſivum, in ſecunda perſona: & tertium *pin* ſemper per paſſivum in prima perſona. E. g. *lagmabin pii*, *piam* v. *pigeimi*, *pigen*. Si ſecunda perſona loqui tur, ponetur verbum & primum *pin* ut ſupra: ſecundum *pin* per Imperſonale, & tertium *pin* in ſecunda perſona paſſivi. E. g.

lagma-

laꝫmabin pii, *piam* v. *piꝫei*, *piꝫeimi*, tibi dixerunt, te dixiſſe dici, quod illum ſis interfecturus. Si Verbum loquitur de tertia perſona, primum *pin* ut ſupra; ſecundum ſemper Imperſonale, & tertium in tertia perſona paſſivi. E. g. *laꝫmabin pii*, *piam*, *piꝫei*, dixerunt illi, rumorem ſpargere ipſum dixiſſe: quod illum eſſet interfecturus.

255. Si *pin* fuerit Infinitivus verbi finiti, ac præterea detur dictio pertinens ad *pin*; tunc ſi eſt merus Infinitivus absque Tranſitione, conſtructio fieri poteſt 1mo. ſimpliciter, ponendo *pin* in paſſivo: *acutui piꝫeimi allcún*, audivi dici te adveniſſe. 2do ponitur *pin* per paſſivum cum particula perſonæ, & verbo in tertia perſona: *acutui mi piꝫen allcún* 3tio. concordando verbum cum perſona de qua dicitur, & particula perſonæ ante, & *piꝫen* poſt verbum. *mi acutui mi piꝫen allcùn.*

256. Quando Verbum *pin* cum oratione Infinitivi, conſtruitur Tranſitione; tunc oratio ponetur in tertia perſona, & verbum *pin* ſemper fit participium ſecundum regulas Tranſitionum, & particula perſonæ poni poteſt vel ante participium, vel ante verbum. E. g *Cùmpemꝫei ta ni pibin allcún*, v. *ta ni cùmpemꝫei pibin allcún*, audivi, quod mihi dixeris me eſſe ſtultum. Eodem modo fit in reliquis Tranſitionibus.

257.

257. Dicitur *pin* in activo, & *pigen* in paſſivo: utrumque conjugatur per omnia Tempora modorum finitorum, & paſſivum mutari poteſt in participia. ponitur paſſivum, quoties *pin* paſſivum ſemel ponitur. E. g *lai pigei*, v. *lai ni pigen*, dicitur obiiſſe. quando *pin* paſſivum bis ponitur; primum *pin* mutari poteſt in verbale. E. g. *lagmabin pii*, *pigeimi pigen*, v. *lagmabin pii*, *ni pigen*, *pigen*.

258. Quoties verbalia *pin* diriguntur ad perſonam determinatam, ſecum habebunt particulam perſonæ: ſed dictio quæ *pin* petit, ſemper ponitur in medio inter particulam perſonæ, & verbale activum vel paſſivum. E. g. *cùmelai mi lagman pin*, non eſt bonum, quod dicas te velle interficere. *ladcùn ta mi cùmelai pigen mo*, doleo de te dici, te eſſe malum. Quando non diriguntur ad perſonam determinatam; particula perſonæ omittitur, & primum ponitur verbum, deinde *pin* vel *pigen*. E. g. *aldú hueragei lagmaeimi piun*, valde malum eſt mortem ſibi invicem minitari. Succedit quod hæc verbalia concurrant cum verbo & perſona alterius verbi, & in hoc caſu ponetur *pin* vel *pigen* prout petierit Verbum. E. g. *mapu Che yehuequelai quempuaeimi piun*, v. *quempuaeimi piun mo yehuequelai*, Indi non

eru-

erubeſcunt, quod illis quis dicat te levirum, te ſororium volo.

259. Quando verbum *pin* eſt in Gerundio Accuſativi vel Ablativi, fiet per Gerundium Ablativi. E. g. *gollinche gei ni pigenoabum*, ne dicerer, haberer vinoſus, ne dicerent me vinoſum eſſe. *vemge* v. *vempe ni pium vemquelai*, quantumvis ego dicam ut faciat, jubeam facere, non facit. *vemabun cam chi*, *cùmpemgei ni piabueùm chei*, egone hoc facerem? nempe ut mihi diceres, me eſſe ſtultum. *yaventuabin ni pibin*, quod mihi dixiſti, ſcilicet quod me velis domo expellere.

260. *Pin* paſſivo etiam utimur ad ſignificandam bonam vel malam famam, & quando fama vel rumor qui ſpargitur, eſt de aliqua virtute vel vitio in ſpecie, nomen hujus virtutis vel vitii ponetur cum *gen*; aut ejus loco verbum, & poſtea *pigen* cum particula perſonæ. E. g. *huenevoe gei ni pigen*, v. *hueneiauquei ni pigen*, furti nomine male audit. Quando fama eſt incerta, & rumores, qui ſparguntur incerti & vagi, ſi eſt de perſona, ponitur *pigen* cum poſſeſſivo. E. g. *mi pigen tva*, iſte rumor de te ſpargitur, diſſipatur: ſed, ſi perſona non adeſt, poſſeſſivum omittitur. E. g. *pigen tva*, rumor ſpargitur, voces currunt, volat fama.

261. Quando vocatur aliquis, & alius eum monet, hic vel dicit ſimpliciter: audin? audi ſis, vocaris: & tunc ponitur verbum in ſecunda vel tertia perſona; & *pin* vel Imperſonale, vel Paſſivum, ita ut concordet cum perſona quæ voaatur: *cupaiaimi* v. *cupaiai*, *piam* v. *pigeimi*, te vocant. Idem fit quando ille, qui vocatur, ipſe loquitur. E.g. *cupaiaimi*, v. *cupaiai piam* v. *pigen*, me vocant. Si vero quis vocatur nomine proprio, ponetur vel ſolum nomen cum Imperſonali. E. g. *Pedro piam*, vel ſi *cupan* adhibent, illud ponetur in tertia perſona vel Futuri vel Imperativi. E. g. *Pedro cupaiai* v. *cupape piam* v. *pigei*. Quando nomen illius, qui vocatur, neſcitur, monens dicit: *inei em!* At ſi auditur nomen, ſed neſcitur cujus perſonæ, monens dicit ut in exemplo. E. g. *inei Pedro ni pigen? cupaiai pigei* v. *piam*. Quis Petrus vocatur? ipſum vocant, adeſſe jubetur.

262. NB. Si quis mittat famulum, qui quærat, an domi ſit Titius, ſi famulo dicunt, Titium non adeſſe, famulus reſpondebit: *gelai pigei*, & ſic quidem bene, recte, & ſatis clare: ſed ſi reſpondet, ut quandoque fit: *gelai pigen*, tunc erit æquivocum: nam hæc reſponſio habet ſignificatum duplex: alterum: mihi dicunt v. dixerunt

runt illum non adeſſe: alterum: Ego dicor non adeſſe.

263. CAPUT VI.

DE RELATIVIS & INTERROGATIVIS.

In Lingua Indo-Chilenſi non dantur Relativa, ſed ſat ſuperque ſupplentur. 1mo. per Participia quæ habentur pro omnibus ac ſingulis modis & temporibus. E. g. *elulu*, dans. *elubulu*, qui dabat. *eluuyelu*, qui dedit. *eluuyebulu*, qui dederat. *elualu*, daturus. item pro omnibus & ſingulis caſibus. E. g. *inche elulu* v. *elulu inche*, ego dans *elulu eimi*, dans tu. *elulu teye*, dans ille, &c. In paſſivo. *elugelu*, cui datur. *ni eluel*, *mi eluel*, *ni eluel*, &c. quod do, das, dat. *ni elugeel*, quod datur. *ni elueteu*, qui mihi dat, v. quod mihi datur. *mi elueteu*, qui tibi dat v. quod tibi datur. *ni elubin*, illud quod mihi das. *mi elubin*, illud quod tibi datur. 145. 146.

264. 2do. utuntur Pronominibus *tva*, *vei*, *veichi*, &c. 19. 20. 23. E. g. *aiùbige ta DIOS*, *vei aldùn temogelu*, ama DEUM qui eſt pulcherrimus. *uia acutuluchi Patiru vei mai inche*, ego ſum Pater, qui heri advenit.

265. Exempla: *ilongelu*, qui habet carnem.

nem. *ilogelu*, quem comederunt. *coſque elugelu* v. *elugeel*, panis, qui fuit datus. *inche llechi entunmamon ta ni cullin*, ego ſum, quem vos bonis ſuis exuiſtis. *lagmHuincache*, *lagmHuincaluche*, *lagmHuincaquechi che*, Homo, qui Hiſpanos ſolet occidere. *inche ni aiñel ta DIOS*, DEUS eſt quem amo. *ta mi pibimi*, quod illi dixiſti. *ta mi pibubimi*, quod illi dicebas *gei ta ni dugulabin*, habeo quod tibi dicam, quod tecum loquar.

266. Interrogativa ſunt: *inei?* quis? (de rationalibus) *chem*, *chuchi?* quid? quæ res? (de irrationalibus aut inanimatis) *chum*, *chumgelu*, quomodo. *chuml*, quando. *cheu*, ubi. *cam*, an, num. *chei*, forſitan, fortaſſe. *chem mo*, quare. *chumal*, ad quid, quem in finem. *inei ni vla*, propter quem. *chem ni vla*, quam ob rem, quam ob cauſam. *mivu*, *chumtn*, quot, quoties. *chem iom*, quid amplius, quid præterea? 288: 13.

267. Exempla: *ineilu?* quis ille. *inei pigeimi?* qui vocaris. *chuchi ta mi uûi?* quod eſt tibi nomen. *Pedro pigen*, Petrus appellor, Petrus v. Petro mihi nomen eſt. *vemgelai cam ve*, *vei no cam chi?* nunquid ita. *chem cura tvei?* iſte quis lapis. *chem mamll teye?* quæ arbor. *chem lahuen?* quæ herba, ad quid conducit? quas virtutes poſſidet.

chem

chem mançana? hoc malum eſtne dulce, an acidum. *chem cahuellu*, equus cujus coloris eſt. *chem* v. *chuchi huentu tva?* quid hoc hominis. *cheu pigei mi mapu?* unde domo, quæ tua Patria. *cheu pigei Puren*, quis locus *Puren* vocatur. *chuchi Rauco*, qualis eſt *Arauco*, ubi ſita. *chumgei ta mi miaun?* quid hic loci. *chumi?* quid agit. *chumlei?* quî valet. *chumgeabui?* quid agas. *chum conan?* qua ratione intrabo. *chum tipaiaimi*, quomodo te expedies; qua ratione evades, quo pacto exibis. *chem mo allcúMiſſapalaimi*, quare non venis ad audiendum Sacrum, cur non interfuiſti Sacrificio Miſſæ. *mivu coni*, *mivu tugei*, quot vulnera accepit? *chumtn coni?* quam profunda. *chumgechi tubi?* quo inſtrumento. *chuchi mo*, *chuchiple mo tugei?* in qua corporis parte. *cupalai cam*, an non venit. *amolai cam ve?* non abivit forſitan. *aculai cam ve?* atqui jam adeſt. *chuchei*, *chuchemai?* unde id ſciam. *cheu cupai?* unde venit. *chem cupali?* quid attulit. *chem cupaluchi?* unde ſciam, quid attulerit. *cheu lai?* ubi obiit. *cheuchi*, neſcio ubi. *chuml huenei?* quando eſt furatus *chumlchi*, quando v de tempore non conſtat. *chuml unotuaimi?* quando redibis. *chuml unotuanchi*, num rediturus ſim ignoro. *mlelai Patiru?* Pater Miſſionarius eſtne domi, num adeſt *mlepei*, *mlequei*, adeſt, videtur adeſſe *uaimi cara mo*, ıbisne ad

civitatem. *uanchei ulaianchemai*, non ſatis ſcio, num iturus ſim. *chumqueimi?* quid agis. *chùmquelan*, nihil. *cheu cupaimi*, unde venis, redis. *cheu cupalan*, nusquam. *chumgechi conimi*, quomodo intraſti. *mu*, *gelai*, nego ſuppoſitum. *inei tvei?* quis ille *chem dgu tva?* quid hoc. *chem dgu gei?* quid novi. *lancùrumei*, novi nihil. *chem duamgeimi?* quid vis. *cheuaimi?* quo vadis. *Huaiquilafquen eimi?* Tune Huaiquilaf. *eimi cona*, *eimi conageimi?* an es miles, an Martis pullus, validus, fortis, viribus & animo præſtans. *chao geimi?* quis genitor. *inei ni ruca tva?* hæc domus cujus eſt. *gelai ta mi chao?* Dominus Parens eſtne domi. *chem mo mùlgequei tva*, iſtud, ex qua materia fit. *chem mo tipai*, *chuchi ni tipamom*, ubi, unde naſcitur. *mi chao ta mi chao gebum*, *huenelmqueahuimi cam chi*, homo ingenuus & bene natus furem, latronem agat, latrociniis ſe maculet. *chuml gei*, v. *chuml ula*, v. *chuml cùtu*, v. *chumtunma mo gei ſan Cuan?* quando eſt dies feſtus ſancti Joannis. *chumtn* v. *mivù antù mo utaiaimi*, quando proficiſceris, poſt quot dies iter inſtituis, facis. *chumam* v. *chumal vachi huaca? quetaiam chei*, *lagmal chei?* ad quid hæc vacca? an ad arandum, an ad occidendum *chumal vachi mamll*, *ktaltual cam*, *tùpuam cam*, hoc lignum ad quem finem? ad incendendum, an ad verberandum.

randum. *vei chei?* eſtne ille, eſtne idem. *eimi chemai*, esne tu, tune. *chuchi rupu*, hæc via quò ducit. *chem ni vla*, quam ob rem, cauſam. *inei ni vla*, propter quem. *mogei cam*, an vivit. *chumgei chei ni mogen*, quomodo vitam agit? an ſatis commode, jucunde. *chupiqueimi?* quomodo dicis. *chupigei*, quomodo vocatur. *chem piquei*, quid ſignificat. *chem kdaugeimi?* quo occuparis. *chumtn antú?* quæ hora. *ta mi chumgen mo vei piqueen, ta mi Patirugen mo chei, ta mi huincagen mo chei mai?* quo pacto mihi hoc dicis an quatenus Pater Miſſionarius? an quatenus Hiſpanus. *chumgelu lauyei ſenor JESU Chriſto, ta ni Diosgen mo chei* v. *cam, ta ni chegen mo chei* v. *cam.* quomodo mortuus eſt JESUS Chriſtus, quà Deus, an qua Homo?

268. Quoties cur vel quare non eſt interrogativum, explicandum ac vertendum erit per Gerundium Accuſativi. E g. *nien ni mleal ni ruca mo*, habeo facienda domi, domi mihi eſt manendum, eſt cur v. quare domi me contineam. *gei ta ni uùtaial*, iter mihi faciendum, eſt cur me viæ, itineri me committam.

269. CAPUT VII.
DE COMPARATIVIS, SUPERLATIVIS, & DIMINUTIVIS.

Comparativa formantur per particulas *iod*, *doi*, *iom*. *Pedro quimquei*, *Cuan iod quimquelu*, v. *Cuan quimquei*, *Pedro ventenlai*, v. *Cuau iod quimquei Pedro mo*, Joannes Petro eſt doctior. At melius per.

270. Exempla. *Doilu*, major. *rùla mo iodgei*, palmo major. *yene quine vutan iod prai llame mo*, Balena ſtaturâ hominis eſt altior lupo marino. *pu malûen nobi ta ni huentu kdau mo*, mulieres viros diligentia & induſtria ſuperant. *inche iod eimi* v. *noeimi*, ſum altior te, te excedo, vinco. *noulaign* v. *uûauign pu Patiru*, Patres v. Religioſi ſunt æquales. *iodn quine chagll*, ſum major digito. *iod pichimi quine rula*, palmo eſt minor. *iom quine vara*, amplius una ulna, una ulna ſupereſt, ſuperat. *iom* v. *iod quine vara mo*, plus quam integra ulna. *genochi quine vara*, *iod pichi quine vara mo*, non eſt ulna integra, eſt minus. *pichi iodpe*, *quine mari marí*, parum ſuperet, adde paululum, peto auctarium, auctariolum. *iod aiùquebin ta DIOS vill mapu ta ni cullin mo*, amo DEUM ſuper omnia, Creatorem rebus creatis antepono, præfero. *iod aiûquebin ta ni raquia-*

biel

biel ta DIOS, *ta ni buerilcaiabiel mo*, *iod raquiduamabin*, v *iod cùparaquiabin ta DIOS*, *ta ni buerilcaabiel mo*, melius mihi eſt, & præſtat DEUM colere, & DEO ſervire, & malo DEUM honorare, quam offendere. *iod aiùbun ta ni ūmautuabuel*, *ta ta ni chillcatuabuel mo*, mallem dormire, quam legere. *Huema laiabun*, *buerilcalaian mai*, malo mori, quam peccare. *Huema laiabun pi* v. *calli lachi pi*, *buerilcalai mai*, maluit vitam amittere, quam peccato ſe obſtringere. *uûaui* v. *uyaugei ta iu quimn*, ſumus litteris & ſcientia pares. *uyaugei ta mi quimn*, *ta mi peni ta ni quimnon mo*, v. *uyauuigu ta mi quimn*, *ta mi peni ni quimnon egu*, tam tu peritus es, quam ignarus tuus frater. *vill vemgei*, non datur diſcrimen. *uûauigu*, *uyauign*, ſunt æqualia. *coſque iquellebin*, *ilon no*, magis me panis, quam caro delectat, plus mihi ſapit panis, quam caro. *tva mai*, *teye no*. hoc potius, quam illud. *inche iom piquen vachi cullin mo*, ego plus offero. *iod pichi pin*, ego minus. *quine mùr curam iom eluaeimi*, par ovorum addam. *iod cùmequechi*, melius. *marichi cùmequechi*, optime. *chem iom piabun*, quid plus dicam. *iom gelai dgu*, ſatis eſt, ſufficit, nihil reſtat. *iom rupagge*, progredere, proſequere. *iom monmabueggen eimi meu*, cognatione mihi, quam tibi, eſt conjunctior; communione ſanguinis arctius ſtrictiusque illi

devinctus ſum, quam tu. *allue ladcùnche*, triſtior. *allue tem*, *allue vucha*, ſenior. *cùlagen mo*, *teye iod hueragei*, trium v. ex tribus ille pejor eſt. *Nahuelgrù cúla venten iod pùtuquei Pichihuala mo*, v. *Nahuelgrú ni pútun cùla venten iodi Pichihuala ta ni pùtun mo*, *Nahuelgrù* ter tantum amplius bibit, potat, quam *Pichihuala*. *pichi iod yovulu*, paulo audacior. *iod pichi iovùlu*, paulo minus audax.

271. Superlativa fiunt per *cad*, *mu*, *no*, *aldùn*, *cauchu*, &c. 225. E. g. *Vill pu domo cad cùmei ſanta MARIA*, Optima inter mulieres ſancta MARIA eſt. *mu cùmelu*, optimus. *aldùn quimlu*, doctiſſimus. *cad antùgei*, maxime ſol ardet, calidiſſima tempeſtas, omnia ſolis ardore flagrant, fatiſcunt, calore nimio æſtuamus, languemus, ſolvimur, deficimus.

272. Exempla: *inei doi conagei eimn mo?* quis veſtrûm eſt fortiſſimus? *Marichi iod conagelu pu Huinca mo*, *ſalamanca llechi*, inter Hiſpanos animi vigore atque magnitudine cæteros præcellit Salamanca. *chillcatuprai*, non eſt illi ſtudiorum modus, nimium in litterarum ſtudia incumbit. *ugechi cutani*, gravi morbo decumbit, jacet omnium judicio deſperatus. *duguntengei*, mira eſt ei verborum copia, ſummaque loquacitas.

tas. no *duguimi*, concinna fuit & elegans tua oratio, teſtiva, compta & tempeſtivis jocis aſperſa, peracutisque ſententiis condita. *ùſengeimi*, mirum quam formoſa bellaque ſis. *udengei ta mi chaùtnnmaun*, acerrime pugnâſti, certâſti, dimicâſti, te defendiſti, admirandum in modum, mirifice te geſſiſti. *geno poni!* O inſolita malorum, pomorum terreſtrium copia & magnitudo. *motingeprai vachi huentu*, nimium pinguis, craſſus, obeſus eſt homo iſte. no *aiùvali ta DIOS*, DEUS eſt infinite amabilis *mu quimi*, nimium ſapit, eſt ſapientiſſimus, doctiſſimus, peritiſſimus. *mu huentu*, homo gravis, conſtans, ad multa natus, aptus, idoneus. *mu che*, præclarus, egregius, egregie eruditus. *mutu quimbin*, certe, certo ſcio, compertum mihi eſt, compertum habeo, exploratum mihi eſt, exploratum habeo. *mu vutai*, valde altus. *mu rumei*, valde craſſus. *cautun* v. *cauchun*, eſſe multos. *cauchu cùmei*, longe optimus. *cùmegei pigei*, *hueluquemai marichi iodi ta ni cùmen*, non tantum bonus, ſed optimus & longe optimus. 225.

273. Diminutiva fiunt commutando literam vel literas in alias magis blandas, molles, teneras. E. g. *cuchani* pro *cutani*, ægrotat. *amochuiu* pro *amotuiu*, eamus nos duo. *cuſe* pro *cuye*, anus. *quiſulen* pro *quidulen*, ſum ſolus. *vochum* pro *votm*, filiolus. *ſiu*

pro *riu*, carduelis. Item præponendo *pichi* v. *pichù*, parvus. *pichi leuvu*, fluviolus. *pichi pnen*, infantulus. Item addendo *eni*. 200. *ɡamno* 201. v. 292: 4.

274. CAPUT VIII.
DE CONSTRUCTIONE NOMINUM, VERBORUM, PARTICIPIORUM &c.

De hac NB. 1mo. Quamvis ordinarie Nomen & Verbum in Numero concordent, quandoque Nomen Pluralis Numeri delectatur tertiâ Perſonâ Singularis. E. g *aldún pu che tavui*, magna hominum confluxit multitudo. *aldùn buentu cupaialu pei*, videtur fore, ut ingens hominum turba conveniat, concurrat, confluat.

275. 2do. Adjectiva, quæ in lingua latina regunt caſum; in lingua Chilena particula non indigent. E. g. *Milla cunúval*, egens auro, pecunia. *lien cunùvalɡei*, argenti inops.

276. 3tio. Adjectiva aureus, argenteus, ligneus, terreſtris, cœleſtis, & ſimilia vertuntur anteponendo ſuum Subſtantivum. E. g. *milla jarru*, cantharus aureus. *mamll ruca*, domus lignea. *cura cuicui*, pons lapideus. *buenu dɡu*: res cœleſtis. *Tue dɡu*, res terreſtris.

277.

277. 4to. Verba activa petunt accuſativum ſine præpoſitione. E. g. *JESU Chriſto ramtupaialu villchi che*, JESUS Chriſtus eſt judicaturus omnes homines.

278. 5to. Verba dandi, &c. præterea Dativum poſtulant NB. niſi fiat modo, qui dicetur 281. *Quine Huinca mo aretubin ni huaiqui*, commodavi lanceam meam Hiſpano: Hiſpano haſtam meam utendam dedi.

279. 6to. Moneo, doceo, &c. duos Accuſativos requirunt: *quimlbin pu che DIOS ni dgu*, docui homines Catechiſmum.

280. 7mo. Verba vendo, emo, &c. petunt nonnunquam ablativum pretii. *ulimi ta mi chuquel quine Huinca mo*, arma tua Hiſpano vendidiſti. *Huelulun quine buentu inchiu quine cahuellu mula mo*, mulum cum equo permutavi. *Huelutubimi ta mi pllù alhue v. alhue mo quine rupachi tuyun mo*, animam tuam Diabolo momentanea corporis voluptate vendidiſti *gillacan quine iatehue pichin chadi mo*, paucis granis ſalis corbinam, (v. piſcem Hiſpanis corbina) emi.

281. 8vo. Eſt modus loquendi perelegans & frequens faciendo ex verbo ſimplici & Accuſativo principali compoſitum, in quo caſu non eſt neceſſe particulam *mo* vel *meu* alteri caſui adjungere. E. g. *aretuHuaiquibin*

quine

quine Huinca. 278. *entumillan*, aurum effodere. Idem fit ex duobus Verbis. E. g. *pelan*, video mori. *perupan*, tranſiens v. tranſeunter video. *peconn*, intro ad videndum. *taricupalchen*, adducere homines vinctos, vinculis conſtrictos, ligatos. *ierupaHu-incalaian*, non ibo ad adducendos Hiſpanos. *re mi pepapin*, non veni niſi ad te viſendum. *ayetipai*, exivit ridens. Et NB. inde ſunt verba: *duguconcloquilmi*, non te ultro ingeras ad colloquendum nobiscum. *deumaili*, poſt menſam, prandium, cœnam, finita menſa. *entuúllcui*, ira ejus deferbuit, detumuit. *entumencun*, exonerare, onus deponere, onere aut faſce aliquem levare. *pepiumautulan*, non poſſum dormire, ſomnum capere. v. Baldiv. c. 5.

282. 9no. Quando utuntur Tranſitionibus, caſum verbo ordinarie anteponunt. E. g. *macun eluaeimi*, tibi dabo veſtem ſtragulam. *quine conue elueneu*, agnum mihi dedit, donavit, largitus eſt. 9.

283. 10mo. Verba motûs, quietis, &c. particulam *meu* v. *mo* poſtulant. E. g. *uno-men mapu mo*, ex Indorum Provinciis, finibus, territoriis redux ſum. *mlequen ruca mo*, ſum domi v. ſoleo eſſe domi, intra domeſticos parietes me contineo. *quimllúcanolu, laſquen mo quimai*, qui neſcit orare vadat

dat ad mare, vere temere te poteſt mare docere. *rupaian leuvu mo*, flumen trajiciam, traducam, tranſibo. *gemen cara mo*, fui in urbe. *uan Arauco* v. *Arauco mo*, ibo Araucum. *aldùnman Penco v. Penco mo*, multum v. multo tempore Pencopoli, ſive in Portu, urbe, civitate Conceptionis me detinui, moratus ſum. *lagmHuacamei Colue* v. *Colue mo*, ivit in *Colue* ad occidendum vaccas. *miaullen Huaïquilafquen*, inviſi, ſalutavi *Huaquilaf. Tuutun Maripillan mo*, in regreſſu, reditu, rediens *Maripilo* bene precatus ſum. *vudutuquei pulelvun*, in campo aucupio perdicum indulget, perdices inſe&atur, perdicibus inſectandis, capiendis intentus eſt. *umautuquei pulemu*, in ſylva ſomnum capit, edormit crapulam, ſomno ſepultus jacet. *ŋami pu rulu*, errat, oberrat in æquore campi. *anùlen pu ktal*, ſedeo ad ignem. *utuan pu ruca*, redibo domum. *villchi che ŋi mlen mo gellei cutancaquechi mogen*, quo quo te vertas omnia plena malis, intus pugnæ, foris timores. *iebigè mencun ta ŋi elupuam mo*, porta noſtras ſarcinas, impedimenta noſtra ad hoſpitium, diverſorium, cubiculum. *Igleſia ta ŋi elgeal mo rgalgean*, in loco, ubi fabricandum eſt templum, ſepeliri, ſepulturæ mandari volo. *elmeaimi cachal ta ŋi catumamllmeal mo*, ſecurim, ubi ſecaturus, cæſurus, fiſſurus ſum ligna, portabis, pones,

relin-

relinques. *umautumeaimi mo*, ubi cubitum, dormitum ibis. *lagmgei mo*, ubi occiſus eſt. *ta in conigen quine tecan rume pulelai ta in eltun mo*, ab incunabulis ſepulchrum vix paſſu diſtat. *ùcan antù mo quine uùnman gelai Borobue mo Tolten cùtu*, Tempore æſtivo Boroâ Toltenum uſque eſt iter integræ diei. *cùla uùnmangei Puren mo Penco mo*, Pureno eunti Pencopolim, ſive ad civitatem Conceptionis, ad minimum iter integri tridui eſt conficiendum. *rupaimi mo*, ibi ubi tranſiſti. *Señor JESU Chriſto lauyei Jeruſalem pigeluchi cara mo ta in buerilcan ni vla, vei ni pllù naûuyei minu Tue meu montuam deſtuqueluchi pu pllù, vei meu getuupai praiam buenu mapu meu*, Dominus JESUS Chriſtus mortuus eſt Hieroſolymis pro peccatis noſtris : Ipſius anima deſcendit ad inferos ad liberandum animas detentas in lymbo : inde redux reuniens ſe corpori, hoc revixit unà cum anima aſcenſurum in cœlum.

284. 11mo. Ad Interrogationes. E.g. *inei?* quis eſt, non reſpondent *inche gen*, *Pedro gei*, &c. ſed *inche* 30.

285. 12mo. Abſtracta fiunt per Verbum *gen* additum adjectivis vel Subſtantivis. E.g. *cùmegen*, bonitas. *apogen*, ſublimitas, celſitudo, ſummus honor, ſuprema poteſtas. Et NB. quod in idiomate Chileno fiunt ab-

ſtracta

ſtracta uſque adeo de Pronominibus ac Nominibus propriis e. g. *inchegen* , *eimigen*, *Pedrogen*, &c... Petreitas. Poſſuntque abſtracta variari tribus modis. 1) addendo *gen* invariabile. 2) Dum ſignificatur perſona determinata, quæ habeat adjunctam particulam perſonæ, verbum *gen* mutari poteſt vel in Participium, e. g. *ni nuagen*, *ni nuagelu*, ſua nequitia, ſuum ſcelus, ſua fraus, ſuus dolus, ſuum flagitium; vel in Tempus, quem ſenſus popoſcerit. E. g. *mi ulmengen*, *mi ulmengeimi*, tua celſitudo, dominatio, generoſitas, &c. 3) Per ſingula ſingulorum modorum, (prout verus ſenſus poſtulat) Tempora. E. g. *mi ulmengen*, *mi ulmengebun*, *mi ulmengeam*, &c. Et cum Negatione. E. g *mi cùmegenon mi curegenoel*, &c. Quandoquidem non es bonus, non es junctus, ligatus vinculo matrimonii, uxorem non habes. NB. 2do. Hæc abſtracta non eſſe tertiæ perſonæ, ſed quam indicat, quæ adjungitur, particula. E. g. *mi Patirugen-vemabuimi cam chi?* Tua Paternitas hoc faceret. Sic dicitur etiam juxta dicta ſuperius N. 92. 85. *Tuyupiuque*, lætitia cordis. *conute*, frigus quod intravit 92. *gen* præpoſitum ſubſtantivo, Dominum ſignat. E. g. *gen ruca*, Paterfamilias. *gen mapu*, Dominus Territorii. *gen cahuin*, Hoſpes. *gen chillca*, poſſeſſor libri. *gen prun*, choragus. *gen duamgeimi*,

geimi, es tui liberi arbitrii, tui juris. *elmetubige gen te mo*, porta illud ſuo domino. *unoltubige gen macun mo*, hanc veſtem ſtragulam ſuo domino reſtitue, reddas. *inche gen ovicha gen*, ad me hæ oves ſpectant, pertinent. En totam ferme ſyntaxin in media philura!

286. CAPUT IX.
DE ADVERBIIS.

Dicturus de Adverbiis caput hoc in tres divido Paragraphos. Primus dabit regulas adverbia formandi. 2dus tractabit de Adverbiis reſpondentibus Linguæ latinæ. 3tius de Adverbiis idiomati Chileno propriis.

287. § 1. Regulæ formandi Adverbia.

1mo. Componendo Nomina vel Verba cum particula *nma* 211. fiunt Adverbia Temporis, Quantitatis, aliaque, prout fuerit Nominis vel Verbi ſignificatio. Notandum autem quod ſingulæ voces quæ in *nma* finiunt, habere poſſint ſignificationes omnino tres. 1ma, ſi componuntur cum Verbo, ſunt pars Verbi; ſi cum Nomine, ſunt pars nominis. 2da, quando junguntur cum ſubſtantivo, extra compoſitionem ſupplent pro adjectivis. 3tia, ſi ponuntur ſola, erunt Nomina ſubſtantiva & ſimul Adverbia, prout libuerit. E. p. *aldùnma*, jam dudum, jam pridem:

pridem: item qui moratur, cunctatur, cunctantius agit, moras nectit, moram facit, tardius res, conſilia expedit. Ita *picbinma*, *chumtnma*, *ventenma*, *munanma*, quæ omnia applicantur ad tempus, locum, ac quantitatem ſignificandam. 543. Adverbia hujus terminationis, quæ derivantur a Verbis vel Nominibus, eorundem ſignificationem aſſumunt. E g. *tacun*, cooperio. *tacunma*, occulte. *tafn*, convenire, confluere, uniri. *tafma* v. *chafma*, unà, ſimul NB. quando *tafma* v. *chafma* derivatur a *tafn*, erit ſcribendum & pronuntiandum vel cum *f* aut *v* conſonante, vel cum *b*: ne confundatur cum *tauma* v. *chauma*, luſcus.

2do. Addendo aliquibus adverbiis loci particulam *pa* 213. ſignificant cis v. ex hac parte illius quod nomen indicat. E. g. *Huente pa*, ſuperius, ſupra ex hac parte. *minupa*, interius ex hac parte. *punpa*, idem. *huecunpa*, foris ex hac parte. *pa* nonnunquam etiam annectitur Nominibus. E. g. *lom*, prærupta montis. *lompa*, ex hac parte præruptorum. *nopa*, ex hac parte aquæ, viæ, & ſic de reliquis. Adverbia habentia annexum *me* non obſervavi alia, quam *nome*, ultra v. trans flumen, ex altera parte fluminis vel viæ, & *naume*, inferius ex altera parte.

3tio.

3tio. Jungendo numeris cardinalibus; item adverbiis quantitatem indicantibus e. g. *chumtn*, *ventn* particulam *chi*, dicent illud, quod numerus vel dicta adverbia exponunt, tot contigiſſe vicibus. E. g. *quinechi*, una vice. *epuchi*, duabus vicibus. *mivuchi*, quoties. *aldùchi*, ſæpe, ſæpiſſime. *ventenchi*, toties. 547. 278:6.

4to. Si numeris cardinalibus addis particulam *hue*, fient adverbia temporis futuri ſignificantia quando vel poſt quot dies. *Epuhue*, poſt duos dies, poſt biduum, perendie. *cayuhue*, poſt ſex. *munahue*, poſt paucos. Non dicitur *quinehue*, poſt unum diem, ſed *uùle*, cras. Iisdem ſi in fine addas *mo*, tempus præteritum oſtendent. E g. *epuhue mo*, intra biduum, nudius tertius. *cúlahue mo*, nudius quartus. *melihue mo*, nudius quintus, &c. *munahue mo*, paucis abhinc diebus. Nec dicunt *quinehue mo*, ſed *uùia*, heri. Aliquoties *mo* ſuperaddunt *m* 210. dicendo *epuhuemom*, *cùlahuemom*. Verùm tunc eſt Verbum, non Adverbium. 210.

5to. Ex omnibus Partibus Orationis formantur adverbia addendo in fine *gechi* vel *quechi*, quæ qualitatem Nominis aut Verbi proprie manifeſtant: Verbis tamen ultimum *n* eſt auferendum. E. g. *lefn*, currere. *lefquechi*, curſim, cito. *praquechi*, ſurſum, de

pran,

pran, aſcendo. *Maripillanquechi*, ita ut *Maripil. tehuaquechi*, inſtar canis. Ipſa adeo adverbia addito *quechi* v. *gechi* erunt adverbia duplici titulo. E. g. *chemquechi?* qua ratione. *muchaiquechi*, quam primum. *vaquechi*, ſic, ita, hoc modo, in hunc modum, hac ratione. *veiquechi*, illo modo. Adverbia in *gechi* fiunt negativa ponendo *no* ante *chi*. *elugenochi*, *elunochi*, &c *lefnochi*, *lefnoquechi*, *pranoquechi*, *pranochi*, *chemnochi*, *genochi*. P. Baldivia notat, quod particula *quechi* adhibeatur iis, quæ in *a* deſinunt; cæteris autem poſtponatur *gechi*, at uſus eſt, quod apponantur promiſcue *gechi* v. *quechi*, ſolum in duobus adverbiis *chumgechi* & *vamgechi* eſt frequentius *gechi*.

6to. Addita particula *tu* 1) Nominibus numeralibus notat vices, ut ſupra diximus de *chi*. E. g. *quinetu*, una vice. *eputu*, duabus vicibus. *eputu pinomi tva*, bis matrimonio conjunctus eſt. His adverbiis ſolent horas numerare. *quinetu*, hora prima. *eputu*, ſecunda, &c. *eputu mo*, poſt duas horas. 2) additur adverbiis. *huecuntu*, a foris. *minutu*, intus. *huenutu*, ſuperius. *taftu*, coram. *mutu*, certo, absque dubio.

288. §. 2 De adverbiis, quæ adverbiis latinis reſpondent.

Duo hæc Lingua habet Adverbia, quæ

ad negative reſpondendum ſerviant nempe *mu* & *no:* aliqui dicunt *no* cum n; alii cum *n.* Diſtinguitur hoc *no* a *no* verborum, nam hoc ingeritur ipſis verbis ac ſolum verba negat. *no* autem de quo loquimur, eſt extra compoſitionem, negatque exceptis verbis omnes orationis partes: Verba autem, ut diximus 105. habent ad negandum ſuas proprias particulas *la*, *qui*, *no* Ponitur iſtud *no* omnino in fine, immediate poſt totam orationem. E. g. *Inche no*, ego non. Quoties ſunt ſimul & adjectivum & ſubſtantivum; *no* poni poterit v. in fine, v. inter adject. & ſubſtant. E. g. *cùme che no*, v. *cúme no che.* idem eſt de Nominibus numeralibus, quando concurrunt cum *mita* vel *mel.* E. g *aldù no mita*, v. *aldù mita no. quinelque mel no*, v. *quinelque no mel.* Idem eſt de Nominibus quæ adverbium comitantur. E. g. *cuchillo rume no*, v. *cuchillo no rume.* Tantummodo quando comitantur *ple* vel mo, *no* poſtponetur. *inche mo no*, *vaple no. no* non ſolum in reſponſionibus, ſed etiam in interrogationibus adhibetur. E. g. *vei no cam?* nunquid ita? *eimi no?* nonne tu? NB. ingens diſcrimen inter *no* adverbium negativum, & inter *no* ſuperlativum. 271. 272. nam alterum negat, affirmat augetque alterum: dignoſcuntur autem quod *no* ſuperlativum ſemper tam verbum, quam reliquas orationis partes antecedat, contra *no* negativum poſtponatur.

Num *no* negativum habeat eandem originem ſeu Etymologiam, quam *no* ſuperlativum, quod oritur a verbo *non*, vincere. Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt. 115. 116. 117.

2do. *Mu* quoque idem eſt, quod latine non. Quando eſt adverbium negativum, ſemper vult eſſe ſolum, nec alios comites admittit, quam unum ex his tribus: *ca*, *mai*, *ula*, qui ſolent eſſe ſui pediſſequi. E. g. *mu ca*, non; & eſt cum imperio, ſignumque ſuperioritatis. *mu mai*, non, eſtque urbanitatis, obſervantiæ & reverentiæ ſignum. *mu ula*, nequaquam, minime, neutiquam, nullatenus. Adverbia *ca* & *mai* affirmativa nihil officiunt *mu* negativo, potius ejus negationem approbant, confirmant, decernunt. Quoties *mu* vel Nomen, vel Verbum vel alteram orationis partem præcedit; idem erit quod *aldù*, multum. E. g. *mu quimi*, ſcit multum. *mu quimlai*, non eſt valde verſatus, peritus, intelligens. *mu huentu*, ad multa aptus, idoneus. *mu che*, nobilis, præclarus, ad multa magnaque natus. cum *mu* non raro ſe jungit *tu*, & tunc ſignificat 1) utique. *mutu vei pilelen*, ne omittas rògo dicere; non committas, ut deſis. 2do. ſupra. *mutu mamll mo*, ſupra ſcamnum. 3) intus. *mutu cara mo*, intra urbem, in medio civitatis. 4) eſt exaggeratio. E. g. *mutu quin-*

tuleſaeimi , inquiram ſedulo, omni ſtudio ac diligentia, rem indagabo etiam atque etiam, iterum iterumque, magnopere, majorem in modum. 5) Certe, profecto, hercle: *mutu quimbin*, certiſſime ſcio, ita medius fidius, ita me hercle geſta res eſt. 115. 116. 117. 226. 271. 272.

3tio. Adverbia, quibus affirmative reſpondemus, dividuntur bifariam, nam quædam ſunt mere affirmativa, alia vero & affirmant, & confirmant ſententiam. Inter mere affirmativa præcipuum eſt *mai* uſitatum in Miſſionibus; *emai* in *Chiloe* & inter *Huilliches*: Jacobopoli dicunt *ca*; nonnulli *ea*, mulieres pronuntiant *he! ha!* cum quadam modulatiuncula, & nonnunquam *hu* clauſis dentibus.

4to. Confirmativa numerantur quam plurima. En turbam: *lle*, *llechi*, *veille*, *vei llechi*, *vei lle ve*, *vei lle ga*, *vei ca*, *vei caba*, *vei ve*, *vei que*, *vei mai*, *vei cacha*, *veibuel*, *vei no cam chi*, *gatu*, *vei gatu*, *leù*. His confirmativis utuntur in ſuis Dialogis, ſeu, ut vocant, Parlamentis: & quoties alter qui loquitur, concludit aliquam periodum, alter qui audit, ipſius dicta vel aliquo ex præcedentibus, vel ex ſequentibus adverbiis confirmat. 116. Adverbium *gatu* ſolet poni vel poſt *vei*, vel poſt verbum, vel quid ſimile. Etiam

adhi-

adhibent *mupin*, adverbialiter. Item dicunt *mupimi*, verum, veriſſimum dicis. *ca* nunquam ponitur ſolum, ſed poſt aliquam orationis partem.

5to. His Adverbiis addi poſſunt formulæ jurandi, quæ conſiſtunt in hac particula *ſm* v. *xm*. Interrogant igitur: *inei ſm?* per cujus vitam juras? & jurans reſpondet: *Pai ſm papai ſm*, *nuque ſm*, per matris vitam. *chao ſm*, per patrem. *inche ſm*, per me ipſum. &c. & hic eſt modus jurandi verbo vel expreſſis verbis At etiam facto & opere jurant V. *mancuù uln.* 774.

6to. Adverbia dubitativa ſunt *chei*, *chemai*, forſan, forſitan. At nunquam ponuntur ſola, ſed ſemper comitantur vel verbum, vel aliam partem orationis. E. g. *vei chei*, eſtne idem, ille. *eimi chemai*, esne tu. Quandoque componuntur cum particula *chu*. E. g. *chuchei*, *chuchemai*, ſum neſcius. At tunc aliquo modo peccant contra regulas urbanitatis ac debitæ obſervantiæ. *chuchei*, unde hoc ſciam, neſcio. *chuchemai*, quid hoc ad me? num ego... Dicitur etiam *tume*, *tumechi*, forte, fortaſſe. *Huilliches* pro *chei* dicunt *pei*, item *Chilli*, utuntur etiam *gepei* adverbialiter, & tunc eſt idem quod *chei* 214. *Chei* annexum adverbiis tempus indicantibus notat ironiam. E. g. *ahuechi*, tempus

 lon-

longum incertumque ironice. *ahuechi peuain*, in altera vita v. DEUS novit, quando iterum nos videbimus; ſed ironice: nam verus ſenſus eſt, mox ſe viſuros iterum. *chai chei* v. *chaichi: chaichei gebui veichi dgu*, ſic erat olim, ante annos aliquot, ironice, vel etiam absque ironia. *ahue vemaimi chei?* an facies ſtatim? *chai chei vemán*, fortaſſe ſtatim faciam.

7mo. Adverbia Temporis ſunt quæ fiunt per *hue* & *nma*. 287.:4. Reliqua quæ tempus indeterminatum ſignificant, ſunt *chuml*, quando. 226. 227. In *Picun mapu*, dicunt *chugl. chuml ula*, quouſque tandem. *veichi*, tunc: in *Picun mapu: veicùl*. Hoc *veichi*, mox, ſtatim, refertur ad tempus & præſens & præteritum, & futurum. In âliis locis pro *veichi* dicunt *muna*. *veichi acutuimi quimbin*, mox atque veniſti, ſcivi de adventu tuo. *moll*, ſemper. alii dicunt *mgenque* v. *mgenquechi*: at *moll* cum *gen*, *iaun*, *miaun*, eſt eſſe nudum.

8vo. Tempus determinatum indicant *tai*, *chai*, *mutai*, *muchai*, jam, nunc modo. applicanturque tempori tam præterito, quam futuro. *chai tuun*, nunc exivi. *tai acutuan*, mox redibo. *culai*, dudum. *ado*, jam, nunc, modo. *pichi ado*, *pichi mutai*, paulo ante, paulo poſt. Singulis his adverbiis jungi poteſt

ula:

ula: ſignificabuntque tempus præteritum & futurum E. g. *chai ula*, paulo ante, paulo poſt. *veula*, nunc. *munahue* v *muna*, modo, haud ita pridem. *muna acullebuin*, *eimi tuuimi*, paulo ante quam veniremus, tu exiviſti.

9no. Ante, quando eſt adverbium Temporis: *huema*, *peuçachi*, *penchu*, quamvis *penchu* ſit etiam adverbium ordinis de *penchu* & *huema* formantur verba *huemaln*, *penchuln*, incipere; primum eſſe. *ula*, poſt, poſtea. *ula cupaian* v. *cupaian ula*, veniam poſtea.

10mo. *uùia*, heri. *ule* v. *uùle*, cras. *tafuuia*, veſperi, veſpere. Hodie, ſi intelligatur dies viginti quatuor horarum, proprie non datur, per Periphraſin *vachi antù* vel *chai*, *tai*. 540. 541.

11. *Cagechi* adverbium numerale, ſignificat iterum, at adverbium temporis, ſonat alia vice, alio tempore, & applicatur tam tempori præterito quam futuro. Item dicitur & ſolum, & cum *ula* *Mel* ſignificat & numerum & tempus. *quinelque*, aliquoties. *quinemel*, ſemel. *ca mel*, alias: Tempus remotum ſive præteritum, ſive futurum, ordinarie unius anni. *camel lai*, obiit anno præterito. *camel cupatuan*, redibo anno ſequente. Quando volunt enuntiare multos

annos, anteponunt adverbium *mu*: *mu camel lai*, ante multos annos, multis abhinc annis eſt mortuus. *cuivi*, olim, antiquitus, quondam. *tute*, opportune, tempeſtive, in tempore. Et inde derivantur *tuten*, *tuteln*: in tempore venire. *tenn*, idem.

12. Adverbia loci. *Va meu*, *va mo*, hic, hac, huc: in Miſſionibus dicunt etiam *vau*: in *Chiloë tivu*. *Vei mo*, *vei meu*, ibi, eo, illuc. *teye mo*, *teye meu*, *teyeu*, *eieu*, 102. illic, illuc. *eieu* etiam ſumitur pro tempore remoto. *eieu peuain em*, poſt aliquot tempus, menſes nos videbimus. 290: 22 *cheu?* ubi, quo, unde? ſemper interrogando. *cheu rume*, ubivis, ubilibet, ubique. *cheu no* v. *cheu rume no*, *cheuchi*, *cheuchei*, *cheuche mai*, neſcio ubi, quo, unde. Huc etiam pertinent præpoſitiones ſignificantes locum ſi fiant adverbia. 290: 5.

13. Adverbia Interrogandi. *Chem*, quid? 266. 267. in *Chiloë* dicunt *chuven*. jungitur cum Nominibus, Verbis, &c. *chem tva?* quid hoc. *chem dgu gei?* quid novi? quid rei? quid eſt negotii? Pro *chemn* in *Chiloë* dicunt *chemon* de *chemo* nomen rei indeterminatæ. *chuchi*, qualis? *chuchi rpù*, quæ via? *chumam* v. *chumal*, quid, ad quid, quo, quem in finem, quam ob rem, cauſam. In *Chiloë*: *chumiam*, *chumial*, *chumabum*, *chuabuel*;

abuel; at iſta ſunt Participia, Gerundia & Aoriſti Verbi *chumn. chem mo*, cur, quare. *chumgelu, chumgechi?* quomodo. *chem ni vla*, pro quo? propter quid? cujus amore, cauſa? *inei ni vla?* propter quem. *DIOS ni vla*, propter DEUM. *eimi ni vla*, propter te: ita ut *vla* ſemper habeat ſecum vel rem, vel perſonam, vel particulam perſonæ, excepto ſolo *quinevla*, ſtatim, illico, quam primum. *quine vla amoin*, eamus, properemus, non moremur diutius. æquivalet *uno*. 230. *cam*, an, num: *chem cam?* quid, quid ergo, quid enim. *chem cam tpuabuen chei*, quid igitur? egone abs te vapularem? *cam* ordinarie habet adjunctum *ve* vel *chi*.

14. Adverbia demonſtrativa, quæ reſpondeant à En, ecce! hæc Lingua non habet: ſupplentur autem per Pronomina. E. g. *va llechi, tva llechi!* Ecce iſte eſt. Quando aliquid volunt monſtrare vel oſtendere aut interrogando vel confirmando, dicunt *vei tva, vei tvei.* Etiam utuntur Prænominibus demonſtrativis vel ſolis vel duplicatis. *Teye*, v. *teye teye*, ecce illic eſt. *tva* v. *tva tva*, en hic eſt *vei* v. *tvei*, v. *tvei tvei*, ille eſt. Quando adhibenda ſunt Nomina propria vel appellativa, Pronomina Nominibus jungantur. *Tva Huaiquilafquen*, en *Huaiquilaf. Teye Huanquelonco*, ecce *Huanquel.* At ſi fuerit aliquod ex Pronominibus primitivis, non

ponentur dicta Pronomina, ſed verbale *mlen* cum particula perſonæ. *Tva ta in mlen*, ecce adſumus. Idem fiet in primo loquendi modo. *Teye ni mlen*, ecce ipſum. 20. 23.

15. Adverbia motûs *matu*, *arol*, *ahue*, *geni*: feſtinanter, celeriter, propere, præpropere. De his fiunt Verba vel addendo *n* ſolum, vel unà cum *l*. *ahuelaimi*, non feſtinas, properas, acceleras. *ahuelbige*, urge illum, inſta illi. *arol lan*, mors repentina, ſubitanea. *mancha*, *allhue*, *nochi* v. *nochiquechi*, *allhuequechi*, *manchaquechi*, paulatim, ſenſim, placide. Adverbia *mancha*, *allhue*, *nochi* nunquam reperiuntur ſola, ſed vel duplicata, vel cum particula *quechi*. E. g. *mancha mancha*, *allhue allhue*, *manchaquechi*, *allhuequechi*: ſenſim, lente, feſtina lente: at cum verbis, utroque modo poni poſſunt. De his adverbiis cum particula *ca* formantur verba. 192. E. g. *nochican*, *allhuecan*, lente procedere.

16. Adverbia qualitatis quæ reſpondeant Latinis in *ò* & *è* ſecundæ declinationis. E g. certò, certè, ſanctè, juſtè, rectè, &c. item in *er* aut *è* tertiæ declinationis. E. g. facilè, faciliter, difficile, difficiliter, &c. formantur in Chilenſi Idiomate non ſolum per adjectiva, verum etiam per ſubſtantiva, verba & adverbia ut dictum 287: 5. addendo *gechi* v.

quechi.

quechi. E. g. *cùmequechi*, bene. *hueraquechi*, male, *leûquechi*, certo.

17. Numeralia ſunt *mivuchi?* quoties. *aldùchi*, ſæpe. At NB *pichichi*, non eſt in uſu, ſed ejus loco dicitur *aldùchi no*, raro. *quine mita*, ſemel, una vice. *mari mita*, decies. *pataca mita*, centies. *huaranca mita*, millies *quinelque mita*, *quinelquemel*, *geûumel*, aliquoties: *pichi mita*, non dicitur. Ut fiant negativa, additur *no* vel in fine vel in medio. *Epu mita no* v. *epu no mita*, bis non, haud bis. *quinelque mel no*, v. *quinelque no mel*, non ſemel. *aldùchi no*, *aldù no mita*, non ſæpe. *ca mita*, iterum. *ulcatuge* v. *ca mita ulcage*, canta iterum. *Marichi* ſignificat 1mo. decies. 2do. eſt numerus determinatus pro indeterminato & confuſo. E. g. *marichi vei pibin*, illi dixi ſexcenties, plus millies, pro ſæpiſſime illum monui. 3tio. ſignificat propoſitum firmum & ſeriam voluntatem faciendi aliquid vel non faciendi. *marichi aiúlan*, nolo, nec perficiet, quamvis maxime inſtet, urgeat, conetur, ut faciam. *marichi vei pile*, *vemlabin*, quamvis centies, millies jubeat, mandet, imperet, non faciam. *marichi lali rume*, *Patiru getulaian*, citius mihi vitam extorſerint, quam Religioſum efficiant. NB. Diſcrimen inter *mita* & *mel*. *Mita*, quod eſt mutuatum a Lingua *Quichua* ſeu Peruviana; ſolum numerat vices præſcin-

ſcindendo a tempore, ſed *mel* applicatur ad ſignificandum tam numerum quam tempus, ſeu in quot occaſionibus. *quine mel*, ſemel, in una occaſione. *epumel*, bis, in duabus occaſionibus.

18. Hæ dictiones: prima, ſecunda, tertia, &c. vice, vertuntur ut videre eſt in exemplis. 1) *Veula amocaquen*, v. *veula ni amocaquen*, nunc prima vice iter facio. *tva ta ni eputun ta ni gicun*, nunc ſecunda vice mihi venam incidunt, ſecant, mihi ſanguinem ex brachio, pede, venis mittunt, detrahunt. *tva ta ni melitun ta mi pibin*, jam te admoneo quarta vice. 2) *nal quine mita*, prima vice. *nal epu mita*, ſecunda vice. *nal quine mita tubi*, *lagmeiu*, primo illum ictu, vulnere occidit, peremit, interfecit. 2) *cúlatu cudei*, *vill nambi ta ni cullin*, v. *ta ni cùlatun mo ta ni cuden*, &c. tertio luſu, ludo, luſione tertia omnia amiſit, omnium jacturam fecit, nihil illi reliquum fuit, omnibus eſt exutus. *cùlatu mo*, v. *cúlatun mo*, v. *cùlatugele*, *hueungei*, in tertio luſu conſiſtit victoria.

19. Hæ: hac vice, ab eo *v.* ex eo tempore ſic redduntur: *vachítu mo hueulaiaimi*, palmam hac vice non conſequeris, feres, lucraberis. *veichitu mo cunivalcaumecuùmeimi*, ex eo tempore omnia tua ad interitum vergunt.

20.

20. Adverbia bifariam, trifariam, multifariam, v. dupliciter, tripliciter, &c. explicantur 1mo addendo Nominibus numeralibus *ad* cum *gen*, vel commutando Nomina numeralia in verba. E. g. *epu ad gei ta mi pepium*, *v. epui ta ni ad ta mi pepium*, duplex eſt veſtis tua, v. veſtiris dupliciter. 2do. addendo *rume*. *epu rume pepium geimi*, idem. 3tio. mutando *rume* in participium, item addendo *quechi*: *epu rumequechi* v. *epu rumelu vembin*, duobus modis illud feci. *ca rumelu*, *ca rumequechi*, alio modo. *quinelque rumelu*, *rumequechi*, aliquo modo. *aldù rume*, *rumei*, *rumelu*, *rumequechi*, multifariam, multis modis. *aldù rnmequechi no*, paucis modis. NB. *rumelu* v. *rumen* cum Nominibus vel Adverbiis quantitatis quantitatem vel craſſitudinem indicat. E. g. *aldù rumelu* v. *rumei*, valde craſſus, pinguis, obeſus. *pichi rumelu*, *muna rumelu*. Item *ad* notat 1mo. conſanguinitatem. 503. 2do. mores bonos vel malos. *gelai ta ni ad vachi cahuellu*, hic equus non videtur malus. *epui ta ni ad*: ambidexter, duabus ſedet ſellis.

21. Adverbium negativum quod reſpondeat Latino *nè*, Lingua Chilena non habet, verum ſupplet particula *qui* cum ſuo Imperativo. E. g. ne feceris, noli facere. *vemquilmi*.

22. Adverbia ad reſpondendum quando quis vocatur, ſunt duo : *chem* & *ai*. Quidam rudes & inculti reſpondent *au!*

Elcapiuquen, arcanum, ſecretum cuſtodire, ſervare, conſervare.

Elupiuquen, arcanum ego continere non valeo, plenus ſum rimarum, hac & iſtac perfluo, jam prurit animus, & geſtit ſecretum foras mittere.

Ladcù piuquei, laiaimi ni pibium, animum mœrori dedit, ac ingenti triſtitia affectus eſt, cum ex me audiret ſe moriturum.

Ladcùn aldù cutantucaquebi ta piuque; triſtia triſtitiam afferunt.

Udalei ta ni piuque, in magnum luctum incidi, cor mihi dolore rumpitur.

Núſtuletui ta ni piuque, gratias Deo quod ex tot tantisque triſtitiæ fluctibus emerſerim.

Cauchu mollbùn mai, ſanguine perpluit.

Cad caichùn mollbùn mai, eſt nimius hic ſanguinis fluxus, hoc profluvium.

Vai ta ni mollbùn, ſanguis illi fervet, efferveſcit.

Pecùyeni vachi domo, Lunæ effectus, vim, virtutemque experitur. 488. 491.

461. Dotes humani Corporis.

Vita, ſanitas, incolumitas, valetudo, vivere, valere, *mogen, lihue.*

Convaleſco, e morbo recreari, priſtinas vires recuperare, item: reviviſco, a mortuis ſurgere, reſurgere, ad vitam redire, reverti, remigrare, *mogetun.* Alo, paſco, ſuſtento, *mogeln.* Stipem oſtiatim cogere, panem quæritare, *mogetuiaun.* Pingueſco,

pin-

pinguem eſſe, fieri, *motin.* Impinguare, ſaginare, *motiln.* Valetudo integra, optima, *cùmelen.* Tenuis, infirma valetudo, *vemlen.* Gravis valetudo, invaletudo, *hueralen.* Valetudo afflicta, perdita, *aldùn hueralen*, *ladùamn.* Robur, vires, *nehuen.* pulchritudo, muliebris venuſtas, viri dignitas, corporis præſtans majeſtas, auguſtus habitus, *temo*, *temogen.* Oris ſpecies, habitus, nativa vultûs compoſitio, facies, *ad*, *age.* 676. Statura corporis procera, ſublimis, *vùtan.* Juſta, elegans & concinna, *munan.* Parva, *pichi*, *pchù.* 798. Procerior, ſublimior, *devù.* Eſſe ſtaturæ procerioris, *devún.*

462. Vitia Corporis humani.

Tremori obnoxius, tremens, *tentepl.* Tremere, contremere, *tentepln.* Macer, gracilis, exilis, macie confectus, vix oſſibus hærens, *togli.* Gibber, gibbus, gibberoſus, gibbo deformis, *gtu*, *tompl*, *tùvl*, *tgbùl*, *chubúg.* Papularum veſtigiis deformis, *pilo age.* Cani, *tùren*, *tren.* Nævus, *cottu* Qui naribus loquitur, *cnu.* Lippitudo, *quelle*, *quele.* Ruga, *plcha*, *gnof.* Rugoſum eſſe, *gnofn.* Corrugari, in rugas contrahi, *plchan*, *plchalen.* Vari, ſubtilis tumor, *muyu.* Verruca, *peyùlln*, *pegellen*, *pilchi.* Naſus obtortus, tortuoſus,

tompl yu. Carens dentibus, *huegor.* Dentibus carere, ſpoliatum eſſe, *huegorclen.* Sputum ore defluens, ú*lui.* Sputa defluere, ù*luin*, ù*luitun.* Scaurus, *uchùr namun.* Depreſſis pedibus aut inſtar anatis, *pala.* Scipione indigere, *ret*ù*gen.* Scipio, baculus, *ret*ù.

463. Vitia gravia.

Cæcus, *llumùd*, *pelonolu.* Luſcus, cocles, *tauma*, *tircan.* Albugo oculi, *tirca.* Surdus, *pilu.* Mutus, *queto.* Mutum eſſe, *queton.* Calvus, *leva.* Claudus, altero vel utroque pede captus, *cûnto.* Claudico, *cûnto gen.* Delumbatus, elumbis, delumbis, *glgi.* Gigas, *cayumtoi.* Nanus, *anapl.*

464. Alteri ſimilem eſſe, aliquem vultu & inceſſu referre, *adyen.* Eſſe alium, *cagen.* Fingo, ſimulo, *vemcauquen.* Fingere ſe videre aut viſum eſſe, *pevalun.* Monſtrare vel ſibi imaginari ſe a ſe ipſo videri, *peuvalun.* Somnum ſimulare, *umaucaun.* Pardi mortem ſimulo, *cûmpemcaun*, *cumpemum.* Doctum, ſapientem ſimulare, *quimcaun.* Surdum, cœcum ſimulare, audientem non audire, videntem non videre, *uduamcaun.* Non dignoſcere, alium cum alio permutare, alterum ab altero non diſcernere, *ameln*, *cachentun.* Caligo, cæcutio, allucinor, *tetin.* Mimum agere, geſtus alicujus, vocem, mores

mores ridicule effingere, exprimere, referre, imitari, *cochûmtun.* Comparo, confero, compono, contendo, contentionem facere, *pouln.*

465. Exempla. *Chumgei chei ni (mi &c.) mogen?* ut valet, ſanusne eſt?

Abi ta ni nehuen, venten pui ta nehuen: vei ni ventenhuen ta ni nehuen, vires amiſi, onus ſuſtinere amplius non valeo, jam vires meæ ſunt fractæ, exhauſtæ, oneri deinceps non ſum par.

Deui ta ni nehuengen, jam eſt v. ſum rude donatus.

Inzi pepilabui pepilvalnoal, ad impoſſibile nemo tenetur, quis poteſt contra torrentem.

Nehuegenolu mencutuabui, carens viribus, & onere careat oportet.

Nehuen mo cupalgen, vi coactus, invitus huc perductus ſum.

Muna huentu, homo parum utilis, exiguæ capacitatis.

Mleprachi che, nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.

Mlepraimi, tua opera non indigemus, ſupervacaneus es.

Yavu anca che, robore corporis & firmitate præſtat, corporis viribus præcellit, prævalidus eſt.

Melige, conſpicillis utens.

Cùme adgei vachi huentu, lætiſſima hominis facies, pulchra, venuſta.

Adi ni Chao, patri ſimilis eſt, patrem vultu & inceſſu refert.

Ta mi conigemom cùtu, *nieimi veichi cottu*, hoc nævo in lucem editus es.

Vachi lihue mo opun gelai, in hac vita nihil eſt omnibus numeris abſolutum, aut undequaque perfectum.

Chillcatun mo llumùdn, viſum ſtudiis amiſi, oculorum lumine ſum orbatus.

Mi gùmamom v. mi gùmauyeum llumùdimi, quod modum lugendi flendique non faceres, viſu privatus es.

Pelocauquebui llnmùdlu, *vei ni duam llechi*, ſe videre cæcus fingebat, & quod fingebat, vere cupiebat.

Cùpa piluan em! allcùduamquelan em! obſurdeſco, aurium ſenſu deficior, auditus me deficit, deſerit

Cùmpemcauquei cùmpemnolu, ſimplex apparet, ſimplicitate caret.

Pilucauabuel mo allcùlabuimi, non audiebas, quod te ſurdum ſimulares, aures non præberes.

Ta ni allcùnon mo rupalmali ta ni rulmen, eſt ob ſurditatem excuſandus.

Lai ni cuù, manûs uſum amiſi.

Lai ni queuùn, perdidit loquelam.

Patiru cauge, imaginare te eſſe Religioſum.

Ca-

Calecaquei ta ni duam, prætextu unius facit aliud.

Quimlai pigeimi, eimi mai cagei ta mi duam, videris neſcire cum optime ſcias.

Eimi ni retù em! tu mihi pro ſcipione es.

466. De Veſtibus.

Veſtis, *pepium.* Capitis tegmen, amiculum, *manahue.* Pileus, galerus, *chumpiru, curtiſia, loyo* Criſta plumatilis, *perquin, caniu.* Res qualiscunque, qua caput involvunt, *tari lonco.* Vitta, *huincha.* Veſtis ſtragula, pallium indicum in modum ſimplicis rectanguli ſeu ſtragulæ vel lodicis, in medio habens foramen ubi caput immittitur, ut deinde defluens omnia tegat & cooperiat. primæ notæ: *macùn.* illud conficere, *macùnn* Induere, *macùntun.* Magnificis operibus ac variis figuris pictum, *huirin macún.* Cæruleum, *calvù macún.* Tantum in oblongum in utroque latere pictum, *ulcu.* Ex meris plumis contextum; *colman.* Ex ſpiſſo ac ſubtiliſſimo filo contextum, figurisque ornatum, *Balandran, cúme macùn* Veſtis ſtragula minoris notæ ex filo craſſiore contexta, cæterum ſpiſſa nec absque figuris, *ecull.* Alia ſimilis notæ, ſed ejusdem unius coloris & ſine figuris, *ponchu, poncho.* Veſtis ſtragula craſſa, vilisque, *rùto, huilpi.* Veſtis Europæa, *Huipú-*

tu. Stragulum, *cúdu.* Ora, limbus, *comallbue*, *chunai.* Tæniola vel funiculus quo veſtis terminatur, affirmaturque, *buachin.* Zona, cingulum, *tariknobue.* Femoralia, *charabuilla.*

467. Induere veſtem, ad ſpeciem ſe componere, ornare, prævenire, *pepilun.* Eleganti, eximia veſte conſpicuum eſſe, cultu corporis præſtare, fulgere, prælucere, *tucutuun.* Cingulum veſti ſtragulæ ſuperpoſitum, *llochof.* ſuperimponere, *llochofn.* Veſtem deponere, pallio ſe expedire, caligas, femoralia detrahere, enſem ex vagina educere, gladium ſtringere, *lluchud entun.* *470* Tego, operio, cooperio, *tacun.* Veſtibus, ſtragula ſe operire, *taucun.* Quo ſe operiat, dare, *úmùmun.* Involvo, implico, *impoln*, *chúmpoln.* Nudo, denudo, veſte aliquem exuere, ſpoliare, *mollknon*, *tampalentun.* Veſtem deponere, veſtimenta abjicere, *tampalentuun.* Nudus, omni veſte vacuus, *moll*, *tampal.* Nudum ambulare, *moll iaun.* Veſtem eſſe laceram, obſoletam, *lligoin*, *bueran*, *buedan.* Pannis obſitum, centonibus male tectum, pannoſum eſſe, *quebunn*, *pilquegen*, *titanclen.* Rumpo, ſcindo, diſcindo, *huircùrn.* Veſtibus deterendis ac diſcindendis natum eſſe, in veſtium cultu negligens, *huillhuilln.* Diſſutum eſſe, *naltuknopran.*

468. Exempla. *Cúme adi ta ni elun tva Huinca*, veſtis huic Hiſpano apte convenit.

Cùme adi tvei llanca ta mi lonco mo, iſte lapis pretioſus mirum quantum caput tuum exornet.

Adtulabin chumpiru, pileo non ſum aſſuetus.

Conmlbige ta ni chumpiru ta mi chao, apte mitte pileum in caput tui patris.

Entuge ta mi curtiſia bueni, dugulelmu Patiru, juvenis aperi caput, dum Pater tibi loquitur, v. te alloquitur.

Cùme huelai ta ni chumpiru, meus pileus jam detritus, diſciſſusque eſt.

Elugepraimi montira, non mereris pileum venatorium.

Epu adgei ta mi pepium, v. epui ta ni ad ta mi pepium, v. epu rume pepium geimi, duplicem veſtem habes, uti e. g. planeta ex altera parte nigra, & violacea ex altera parte.

Mlvalaeimi quine macun, veſtem tibi fieri curabo.

LLudgei vachi macun, hæc veſtis eſt detrita.

Calli ni nuque ni deumalel vachi chnai, hanc oram, hunc limbum mater mea ſola, nulloque adjuvante confecit, abſolvit.

Elugen quine cùdu, ſtragulo donatus ſum, ſtragulam dono accepi.

Pulai vachi charabuilla, hæc femoralia

me non capiunt, ſunt nimis anguſta.

Mollknobimi teye cunùval ta ni ecull mo veimo tampalknogepe piaeimu ta Dios, quemadmodum tu illum pauperem ſua veſte ſpoliaſti, ita permittet ſcelerum vindex Deus ut tu quoque tuis veſtibus priveris, ſpolieris

Vachi macun mo aldùn tipantu taucug em! utinam veſti ſuperſtes ſis, & valeas.

469. Veſtes Muliebres.

Toga, veſtis, *chamal*, *chone.* Capitis ac ſuperioris partis corporis involucrum, *icùlla.* Zona, cingulum, *ncrùhue.* ſe cingere, præcingere, *núcrún.* Faſcia, mamillare, *chumpi.* Sandalium, ſolea, *quelle.* Fibula, *huitahue. 749.* Infibulo, fibulam injicere, *huitan.* Aciculis prehendere, figere, tenere, *chúln.* Res prehenſa, *chùl.* Acus & ſimilia, *chùlhue.* Peplum, veſtis ſtragula, *macun*, *ecull*, *ulcu*, *rúto*, *huilpi*, *ponchu. 466.* Calantica, ricinium, *maucaltu*, *malcantu.* Capitium, *monotue.* Cidaris, *coillal.* Torques, *llancatu.* Inauris, *chapud.* Inaures majores argenteæ, *upl*, *uple.* Illarum anſa, *upl* grú. Monilia, *paicha.* Tæniola, faſciola ſerica, *huincha.* Lanea, *pollcu.* Laminæ rotundæ argenteæ una cum ſtylo ferreo, quo veſtem ad pectus prehendunt, *tupu.* Auro vel argento aliquid includere, *mùdencùn.* Fucus, faciem fuco & pigmentis illinire, ad ſpeciem ſe componere, ornare,

come-

comere, *pepilun.* Pannus ſubditius, *punlal.* Veſtem munire, *punlaln.* Panni, telæ ſegmentum, *llipi.* Reliquiæ, *pilquen.*

470. Aures excipiendis in auribus perforare, perfodere, *chillquen.* Caput obvolvere, *munun.* Laxo, relaxo, *chllbun*, *chilvun.* Solvo, diſſolvo, aſtrigmenta ſolvere, *lluchuln.* Solutum eſſe, *lluchun.* Quo ſe tegat, operiat dare, *mnuln.* Cunæ, *cùpùlhue.* Ligo, illigo, obligo, religo, aſtringo, vincio, *tarin*, *chúcumn.* Pannum, linum tendere, extendere, *inúvn.* Pulverem excurere, *múnchùn.* Orno, exorno, excolo, *mùmln.* Verto, inverto, *chiquenn*, *lpuln.* Suſpendo, *piútùln.* Pendeo, *piútùn* Plico, complico, *pataran*, *mùchamn.* Plica, ruga, ſinus, *plcha.* Laxa nimis eſt ſinuoſaque veſtis, rugoſum eſſe, *púlchan*, *plchalen.* Infantem involvere, reclinare, *chadimn*, *cúpúln.* Convolvo, involvo, involucrum conficere, *túncon*, *chùncon*, *tumpoln.* Involucrum, crumena, pera, ſaccus, vel aliquid in ſimilem uſum convolutum, alligatum, *tarintu 831. mnul. 432.* Aliquid in ſacco &c. portare, *mnun*, *mnuln*, *mnumn.*

471. *úſemgeimi*, ipſa pulchritudine pulchrior es.

Aibin cupai, valde compta ac ornata venit.

Tepean pilai ladcùn piuque, non eſt conveniens luctibus ille color. *Re-*

Relechi ad caknotuvalai, naturam expel
las furca tamen uſque redibit.

Aldùn cullintun v. aldún cullin uln quin
llancatu mo, magno pretio torquem emi.

Chumtn raquiggei vachi chapùd, quanti in
aures has indicarunt.

Quine rume llanca uli, dedit unam tantun
gemmarum lineam.

Quine pel, quantum ad monile v. mure
nulam ſufficit.

Petu pepiluquei, dum ſe comit, ornat
annus eſt.

Pataraggelu, verſutus, vafer, verſipellis

Huicùrknoel v. hueralknoel iod hueragge
naltuknoprael, præſtat aliquid quam nihil
inter duo mala minus eſt eligendum. 467
432. 433.

472. Supellex muliebris.

Speculum, *peuqueum*. Pectcn, *rumca*.
Acus, *aggucha*, *caputira*. Fuſus, *púvùll*, *co*
liu. Verticillus, *chincúd*, *piroi*. Filum
ſtamen, *buù*. Filum ſimplex, *huinu*. Fi
lum contortum, *tapm vuú*, *piulu*. Craſſum
pingue, *mtavuù*. Fila decuſſato ligno con
voluta, *huillhuan*, *ehuin*. Glomus, *tco*, *tûco*
Conglomero, *tcon*, *tuconn*, *chûcon*. Spor-
tula, fiſcella, *llepu*. 520. Funis, funiculus
tapal. Ligare funiculis, *tapeln*. Textri
na, *vutalhue*. Textrinam conſtruere, *vu*
taln. Jugum, *grebue*. Licium, *tononhue*
Trama, *tonon*. Ordiri, *tononn*. 473

473. Capillos ſolvere, turbare, incompta mulier, paſſis crinibus, ſoluta aut turbata coma, *quenparn*, *quenparclen*. Suo, conſuo, *nûdûſn*, *nûdſcan*. Sarcio, reſarcio, *lapatun*, *pecotun*, *ihualln*. Reſuo, *dihuitun*. Aſſuo, *nûlcûtun*. Inverto, verto, *chequeln*. Sutura, ſarcimen, *lapatu*. Neo, penſa carpere, trahere quo filum deducas, *buûn*, *piuln*. Filum inſerere, *huilpan*, *dichon*. Implico, irretio, *churnan*, *paichaln*, *paichaltun*. 796. Linteum, membranam convolvere, lintea volumina, *ullon*, *impoln*. In orbem complicare, ſinuoſus in orbem contractus, ſpiris complicatus, *iuln*. Pannum, linum filatim carpere, panni fila diſtrahere, *huinûlûn*. Nodus, nodum, nodos nectere, in nodo, in nodum ligare, nodis implicitus, *pron*. 813. Texo, contexo, *gren*, *gûren*. Impello, impulſus, impulſio, *valtuln*. Carmino, *ruren*. Villus, *ponpon*. Villoſum eſſe, *ponponn*. Pannum detricare, ut villos excites atque erigas, *ponponln*, *ponponmn*. Res contenſa, tenſa, *puf*. Arcum contenſum, tenſum eſſe, *pûfn*, *pûfclen*.

Exempla. *Meli mallûen vuupe vachi cal*, quatuor mulieres ex hac lana filum deducant.

Quelû vuû lagmabin piquei, filum rubrum mortem denuntiat. 363. 417. 419. 520. 522.

474. De re cibaria, *ial*, *iael*.

Panis, *coſque*. Libum, *ticl*. Ex maicio *mlan*. Commeatus, annona, viaticum, *r… quin*. Caro, *ilon*. Caro elixa, lixivia, *avu… ilon*. Aſſa, toſta, aſſum, *cancan*, *recan*. Minutal, *rùpun ilon*. Caro aſſa aut coct… quæ frigida comeditur, *vircú ilon*. Car… ſalita, condita ſale, *charqui*. Carnis ſalit… fruſta, *huillhuill*. Jus, juſculum, *corù*. con… ficere, *corùn*, *corútun*, *corùcan*. Condimen… tum, conditura, ciborum conditio, nun… ego ita convivis cœnam conditam dabo, u… quisque, dum guſtabit, digitos prærodat ſuos, *incan*. Caro juri incocta, *vaitucan*. Puls ex tritico, hordeo, &c. *tùcun coru*. Pul… ex phaſeolis & maicio, *pidcu*. Farina, *rg…* Molo, tero triticum, hordeum, &c. *rgon… rgoln*. Pollen, pollis, *achùl*. Furfur, ſili… quæ, *amchi*. Pulmentum, puls ex mer… farina, *mda*. Farina ex tritico, hordeo, ve… maicio toſto, *murque*. Farinam torrere… *murquen*. torreri curare, *murqueln*. Fari… na toſta in aqua calida, *chedcan* in aqu… frigida, *ulpu*. Farina toſta mucida, *huechi… murque*. Triticum coctum contuſum, con… tritumve, *mùltun*, *mltun*. Tritici, maici… grana excluſa cocta, *motte*. Maicium co… ctum, *chuchoca*. Toſtum, *cuten*, *cuchen*. Toſtum at ſuis foliis incluſum, *coven*. ſine foliis, *cotùn*. Succus aut jus ex corylis, *mlu…*

Jus

Jus herbarium, *mallo*. Illud conficere, *mallon*, *mallun*. Mala terreſtria toſta, *cue*. Illas torrere, *cuen*. Ovum, *curam*. Ovum urinum, cynoſurum, ſchyſtum, incubatum nec excluſum, *ucam curam*. Ovi album, albumen, *liù curam*. Ovi luteum, ovi vitellus, *chod curam*. Ovum geminum, *epu quine curam*. Ovum decumanum, *devu*, *vuta x*. Recens, *hue x*. Molle, ſorbile, *allue*, *yavùnolu*. Durius, *yavùgelu*. Suæ teſtæ incoctum, *tahua meu*. Coctum, *avun*. Crudum, *carú*, Ex adipe ovum, *metaucan*. Herbæ marinæ, *luche*, *lluche*. Cochayuyum, *mùgu*, Toſtum, *cutafn*, *cuchafn*. Cochayuyi radices, *lúgbú*. Aliæ radices comeſtibiles, *gadu*. Fruſtum carnis inſtar ligni carbonibus impoſitum, *tanacupuaun*. Cibi reliquiæ, *etchel*. Aliæ reliquiæ quæcunque, *opuntu* Res rancida, annoſa, vetus, corupta, *uúntu*.

475. Fames, eſurire, *gnn*, *gnún*, *gúgún*. Caritas, annonæ difficultas, gravis rerum omnium penuria, *villa*. Annonæ difficultate laborare, *villan villagen* Eſurire, ſitire vehementer, *aron*. Eſſe jejunum, integram famem ad ovum afferre, *relihuen*. Jentare, jentaculum ſumere, *númuln*. Coquo, cibum conficere, concoquere, *incan*. Rado, radula deterere, *iſcún*. Vello, pilos aut plumas evellere, glabro, deglabro,

riſn,

rifn, *laumn*. Contero, contundo, commi-
nuo, *mlan*. Panem in micas friare, digitis
comminuere, item: farinario cribro ſuccer-
nere, farinam ſubcerniculis purgare, excu-
tere, *núinúin*. Diſperſa colligere, *nuimi-
tun*. Olera in ollam mittere, *carúman*.
Torreo, *cotúrn*, *cotrn*, *cuchen*. Craticulæ
aliquid imponere igne torrendum, *enadtu-
cun*. Sub cinere torrere, coquere, *cunafn*
Fame deficere, confici, perire, *entin*. Ine-
dia cruciari, viſum amittere, *tetin*. Stre-
pitus tritici, maicii dum torretur, *teún*.
Langueſcere, intepeſcere, frigeſcere, *tuún*
Rumpi, disrumpi, *tofn*. Liqueſco, lique-
fio, liquor, *lleun*, *lluin*. Liquefacio, liquo
lleumn, *lluimn*. Ova batuere, res liquida
confundere, verſare, *ruiln*, *duiln*. Oll
nova uti prima vice, *domuln*. Ollam vapo-
rare, *uruan*. Spumare, ſpumas agere, *tor-
vann*. Deſpumo, ſpumam detrahere, au-
ferre, *núven*, *gven*. Ad ignem calefacer
aquam, vinum, &c. *cuvunln*. Res ad ignem
calefacta, *cùvun*. Coquo, *avuln*. Coctum
eſſe, *avun*. Efferveſco, *buadcún*, *yofyofn*
Ferveo, *vain*. Fervet olla ſpumans, *chu-
lun*. Recoctum eſſe, *vultun*. Eduliis con-
ciſis refercire, replere, infarcire, *gion*, *gionn*
Menſam mappis ſternere, ornare, inſtruere
eln meſa. Mappas auferre, menſam tollere
entun meſa. Suum cuique ferculum & da-
pes

pes impertiri, *reyùn.* Cibum alicui præbere, *ileln, ilelcan.* In modum fili liquorem extendi, *builquenn.* Ejusmodi fila liquida, *builquen.* Edere, comedere, veſci, cibum capere, ſumere, cibo corpus curare, *in.* Carnem comedere, *ilon.* Frugaliter vivere, tenui cibo uti, frugali cibo contentum eſſe, *muna in.* Se cibo ingurgitare, omnia abſumere, *viltun, chuſtun.* Voro, devoro, helluor, deglutio, *lmn., ùllgmn, urcùmn, lmùntun, rulmen.* Delibo, ſummis labris attingere, primoribus labiis guſtare, deguſtare, *dicúmn, gnetun.* Sugo, *ùvircún, vochann.* Sorbeo, res liquidas delibare, *oſcùn, ovùlln.* Plenis buccis comedere, *últamcon, úpagúpagn, ùpagupagknon.* Omnibus ac ſingulis ad comedendum dare, *tapùmn.* Cibo ſuccurrere, ſubvenire, *cùimtun.* Singulis aliquid de aliqua re æqualiter detrahere, decerpere, *quemcùrn.* Participo, commune habere aliquid cum aliquo, partem rei capere, in ſortem & partem admitti, *llauquetun.* Dicta pars, *llauquetu.* 767. Carnem bene coctam eſſe, *ollan.* Solo pane veſci, panem ſine obſonio manducare, *panun, panunn.* Sejungere, ſeponere aliquid, *pùntún.* Stipem cogere, cibum, panem, panis fruſta mendicare, *buiſcùn.* Genio & naturæ indulgere, molliter pelliculam curare, *cùmelcaun.* Edere

U

re ad ſatietatem, *huedan.* Se cibis ingurgitare, ventrem dapibus infarcire, replere, ſaburrare, *non.* Cibum palato hærere ex ſatietate aut præ dulcedine, *tufn.* Faſtidire cibos, non facit hoc ad palatum meum, ſatietatem mihi affert, ſatietate me afficit, ſatietate teneor, non eſt hoc mei ſtomachi, faſtidio mihi eſt, *pueln.* Nauſeo, nauſeam mihi movet, *ucaipuegen.* Putreſco, *percan*, *vunan.* Exedi, confici, tabeſcere, contabeſcere, *pivunn.* Putris, exeſus, *pivun.* Caries, mucor, muſcus, rubigo, *percan.*

Mundo, purgo, detergo, verro, ſcopis pavimentum purgare, *lepún.* Scopæ, *lepùhue.* Sordes, *lepuntu.* Suavis ad guſtum, guſtatu jucundus, gratiſſimi ſaporis cibus, ſapidus, ù*lúmún.* Vas in quo cibi reliquias ſervant, conſervant, reſervant, *rebùn.*

476. Exempla. *Numúlelan*, ſum jejunus.

Relihuegen, jejunium naturale.

Coſquelen, cedo panem.

Villtubi quine coſque, panem integrum abſumpſit.

Coſque iquellebin, *mlan no*, malo panem quam libum comedere.

Huema coſque iabun, *ilon no mai*, magis mihi placet panis, quam caro.

Chumcatùcoſqueabun genochi huinu? quo modo ſcindam panem absque cultro?

Coſquevalbin ta ni rgo, mea farina curavi panem fieri.

Mur-

Murquelelen ta mi nuque, cura ut mater tua mihi farinam torreat.

Rgolvalbimi ta mi cachilla cam? an molendum dediſti tuum triticum?

Ella ellape v. ella avúpe veichi curam, fac ſis, ut hæc ova nec nimis dura ſint, nec nimis mollia.

Allue cancaen vachi curam, hæc ova velim ſuæ teſtæ incocta, at mollia.

Allue avúpei vachi incan, hic cibus eſt ſemicrudus, ſemicoctus.

Entutorbige veichi challa, ſpumam huic ollæ detrahe, aufer.

Deui ta in iabuel, jam hora, jam tempus eſt rei gerendæ, tempus nos ad prandium, cœnam, cœnulam, jentaculum, merendam vocat, jam eſt tempus capiendi cibum, curandi corpora, cibo curandi corpus.

Elge meſa, menſam inſtrue, mappis ſterne, exſtrue conquiſitiſſimis cibis.

Imean, me ad prandium confero.

Reian piquei v. piquei ta ni duam, nihil aliud quam cibum, potum cogitat.

Chem ilaimi rume, nimium cibo abſtines, nihil comediſti omnino.

Ibueduamquelan, non amplius eſurio, non libet amplius.

Opùpui ni púta, jam ſatis ſuperque comedi, ſatis, abunde eſt.

Mnatubitge veichi ralli, agedum, abſolve ferculum tuum.

Calli lachi, huedachi, ventrem nunc non mortem curo, moriar at moriar ſatur.

Deuma ta ni imom, *v. deuma ta ni iuyen v. iuyeum, rapitui*, poſt ſumptam menſam cœnam, prandium vomuit.

Epu duam uûau tutelvalai, nemo eadem diligentia & ſorbet & inflat, nemo eodem actu & inſtante ſorbet inflatque, nec ſorbens inflat, nec inflans ſorbet.

477. Potio, *in, pútun.*

Epulum, convivium, *cahuin. 692.* Parentales epulæ, *cùru cahuin.* Epulum una cum ſaltationibus, cantu, muſica, *nuin, cunquin, calcutun x.* Potus, potio, *pùlcu.* Vinum, *vinu*, *curù pùlcu.* Potio ex contritis contuſis malis, *chicha.* Potio ex hordeo, *mudai.* Ex maicio, *hueicon.* Farina ex grano toſto cum aqua calida, *chedcan.* cum frigida, ù*lpu*, ù*llpud.* Illam bibere, ù*llpudn.* Potio ex maicio melioris notæ, *muſca.* NB. conficitur ex maicio a mulieribus præmanſo, & in praxi ſuccedit, ut eadem opera pediculos, uti ſolent, dentibus conterant & maicium, unâque in vas paratum expuant. Hæc confectio vocatur ù*lan*: ita præmandere, ù*laln*, ù*lantun.* Tomentum, fœces, *llid, perper.* Dari, *llidn, perpern.* Sitis, *buiùùn.*

uún. Hauſtus, *ovùln.* Bene potum eſſe, *ingen.* Vino madidus, vino madere, vacillare, *caŋenman* Ebrietas, ebrium, vino obrutum eſſe, *ŋollin.* Cantharus, amphora, urna vini, *can curù pulcu v. cúru pulcu.* Aquæ, *can co.* Parum vini, *pichin vinu.* Bibitor, bibax vini, *pútuvinuquelu, pùtuvinuvoe, pútuvinuchi, pùtuvinuquechi, pùtuvinuŋechi che.* Abſtemius, *quimvinunolu, aiùvinunolu.*

478. Invito, aliquem ad convivium vocare, *maŋeln.* Vocator, invitans, *maŋelquelu.* Conviva, convio intereſſe, *maŋen, maŋetun.* Convivium inſtituere ad occidendum aliquem, *maŋenn.* Bibendi tempus obſervare, occaſionem captare, *colletun.* Ad convivia circumcurſare, *cahuin cahuin iaun.* Quærere, inveſtigare quod vel ubi bibat, *ŋdotun.* Opportune, tempeſtive venire, *tenn.* Dare, ut liberali hauſtu parem benevolentiam præſtet, *munun, munucan.* Carnem ad convivium conferre, contribuere, *mavun.* Potum, *mencun, mencutun* Sitire, *uncon, huiuùnn.* Bibo, poto, *pútun, in.* Hauſtum ſumo, *quinentun, quinentcun.* Compoto, *llaûn, llaûpan* Alicui propinare propinando præſenti, *raŋinn, ſaŋinn, llaûpan, cachùn.* 766. Abſenti cuipiam bene precari, *mari mari.* Accipio, *tavn.* Ire ad

rem alibi deponendam, *elpun.* Intro portare, *tuculn.* Acidum, acerbum, amarum eſſe, *mútun.* Experiri, delibare, guſtare cibum vel potum novum, inexpertum, *muien.* Vomo, evomo, *rapin.* Locum procurare, diſcedite, decedite, abſcedite a via, expedite viam, detur locus, *huellintcun.* Manticæ ad portandum in equo oenophora, *chincull.* Fluo, commoveor, confundor, *clcofcùn.* Torrentis inſtar fluere, *huichùlln.* Stillo, *huidn*, *huidhuidn.* Ex plenitudine rumpi, dirumpi, *huitern.* Effluo, effundi, *hueiun*, *uyùn*, *lludtipan*, *lludchutipan.* Diffluo, perfluo, guttatim liquorem exprimi, *cludun.* Vas grande, in quo potum ſervant, conſervant, *mencuhue.* Aliud vas majus, majoris capacitatis, *carca.* Operculum, obturamentum, *gdihue.* Occludo, obturo, *gdin.* Lutamentum, lutoſa fimbria, *pllcon.* Evacuo, depleo, exhaurio, vacuum facere, *huelliln*, *huellitun.* Impleo, expleo, repleo, *opuln.* Plenum eſſe, *opun.* Capio, *munan.* Superfluo, redundo, *chulun*, *chifn.* Conſumi, evaporare, *uyun*, *uûun.* Detineri, *ùcun.* In utres aut vaſa oris anguſti liquorem infundere, vel in aliud vas invertere, *rhuntun.* Supero, ſupereſſe, *puchun.* Redundantia, affluentia, *puchu*, *opuntu.* Cibi reliquias legere, colligere, *chigen.* Miſceo, admiſceo, permiſceo, *reipuln*

puln. Mixtum, permixtum, promiſcuum eſſe, *reipun.* Invitare ad ſaltandum, *mtmun.* Ad finem vas pervenire, finire, *llidn*, *lludchun.* Cochleare ingens ligneum, ad cujus extremitatem anguſtiorem os applicant, ut potum qui alteri extremitati veluti vaſi infunditur, alacres hilaresque quam copioſiſſimum excipiant, *pacacha.* 795. Cranium hoſtis ab ipſis occiſi, quo veluti vaſe ſibi invicem propinant, *valli lonco.* Vino, potu vacillare, titubare, *tantann.* Semiebrium eſſe, *caŋenman.*

479. Exempla. *Tipale cahuin, cachún ŋehuelai*, donec eris felix, multos numerabis amicos, tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Mi uabuel Igleſia mo, amoimi cahuin mo, quando erat adeundum templum, cauponam adiiſti.

Mi pútun mo allcùMiſſamelaimi, ut biberes, non interfuiſti Sacro.

Huelli púlcu v. pùlcu mo, cantharus eſt exhauſtus, vacuus.

ŋelai vinu vachi vúl mo, in hoc vaſe nihil vini ſupereſt.

Pulcu entulbige, da illi bibere.

LLaûpaeimi, *cachùeimi*, tibi propino, præbibo, tuæ libo ſanitati.

Epu antu v antù mo pùtuprai, biduum dedit exhauriendis calicibus.

Amomariabuimi v. mi amomariabuel v. deui ta mi amomarimeabuel, pùtumeimi, maluiſti intereſſe compotationi, quam orationi.

Mi nùbium v. mi nùn mo v. mi nùbiel charu ta mi putuam, mnatuqueimi, toties quoties cantharum ad bibendum arripis, tibi e manibus excidit, elabitur.

Incupai, venit vino madidus.

Tva mi pichi ovùllge, accipe tibi hunc hauſtulum, hoc vaſculum.

Tva ta mi pegelbin, hoc tibi ita adbibendum, ut nec gutta ſuperet.

Ancui ta ni *pel*, pumex non æque eſt aridus, atque ego v. hic eſt homo.

Reputuquei, bibere eſt ſuum unum neceſſarium, ſuum unicum negotium.

Vei no! abſit, ne Deus ſiverit, Deus Superique prohibeant.

Ta mi mapuchegen mo gollinqueimi, quatenus Indus es ebrioſis vinoſisque annumerandus.

gollinche gei piam, dicunt illum ebrioſum eſſe; ebrietati, vinolentiæ, temulentiæ, crapulæ deditus habetur, audit.

Tva mencubue pùlcu ni *acúmom*, his in vaſis apportatum fuit vinum.

Nillavalge quine can pùlcu, mitte petitum cantharum vini.

Ilan púlcu, non bibo vinum, ſum abſtemius.

Tva ta mi pùlcual, en unde potum conficias, ecce materia potûs conficiendi.

Rebueicon illebin, non bibi niſi potum ex maicio, illumque inferioris notæ.

Huellin gelai? an datur locus?

Ancaple lei, ſumus in medio vaſis.

Iod ancaple coni, plus quam dimidium eſt abſumptum.

Cùme anùlelu tananaûpralai, bene poſitum, locatum, collocatum, cadendi periculum non incurrit: abeſt a delicto, qui ſibi cavet, aut delinquendi periculo non ſe exponit.

Veipe, *ventenpe*, ſufficit, ſatis, ſatis eſt.

Inche iaulbin, ego illud attuli, adduxi, Item, portavi, avexi, abſtuli.

Inche tavlan, ego nihil accepi, ſum expers.

gelai ta mi elugeam v. elugeal, *tutelpalaimi*, *tenpalaimi*, ſero veniſti, ſero venientibus oſſa.

Abi, *gelai*, *gebuelai*, actum, peractum, venit finis, nil amplius ſupereſt, valete.

Iegepai v iepagei, Dominus, poſſeſſor repetiit, tulit ſecum.

Tutele dgu peumauain, dimiſſo hoſpite, non abibis impunis.

Ui v. uyùi ta ni lonco v. ta ni duam, perdidi v. perdidit judicium.

Inau inau pútubin, pitiſſavi.

Moll quine cùyen mo apúmquei quine men-

 cue

cue pùlcu ſingulis menſibus abſumit urnam vini.

Nahuelgrù cúla venten iod pútuquei Pichihuala mo, *v. Nahuelgrù ni pútun cùla venten iodi Pichihuala ni putun mo*, Nahuelgrú ter tantum plus bibit, quam Pichihuala.

480. De Anima.

Facultates illius Virtutesque.

Mens, memoria, ingenium, voluntas, judicium, decretum, propoſitum, *dùam.* Meminiſſe, memoria vigere, reminiſcor, recordor, memoria teneo, *duamtun.* Intellectus, intelligo, capio, percipio, non me fugit, *quimn.* Voluntas, bene v. male in aliquem animatum eſſe, *duam*, *piuque.* 460. 199. Scientia, prudentia, prudens conjectura, recte conjicere, rem attingere, rem acu tetigiſſe, *tuten.* Judicium, rem recte æſtimare, expendere, rectum judicium facere, *cùme toquin.* Fides, vera Religio, credo, pro certo habeo, fidem alicui habere, *mupiltun.* Spes, ſpem concipere, in magnam ſpem venire, in ſpem non dubiam adduci, calet animus ſpe, in ſpe ſum, *ùgelgen*, *yavúlun.* Charitas, pietas, *aiún*, *quellun.* Juſtitia, æquitas, jus, facere quod jus, quod æquitas poſtulat, *mupin toquin.* Manſuetudo, lenitas, mitem, manſuetum, miti lenique natura, tractabilem, placidum eſſe,

man-

mancha duam. Miſericordia, miſeratio, commiſeratione tangi, *Bùrenien.* Obedientia, obedio, pareo, obtempero, obſecundo, obſequor, morigeror, morem alicui gerere, alicui v. ejus dicto audientem eſſe, *inautun, inaitun.* Fiducia, fidentia, alicujus fidei credere, aliquid committere, *elduam.* Liberalitas, largitas, benignitas, munificentia, fuit erga me beneficentiſſimus, munificum ſe in primis & liberalem in me ornando & augendo ſe præbuit, exhibuit, *cúmelcan.* Moderatio cupiditatum, cura & ſtudium corporis & animi continendi, domandi, *nieun.* Patientia, tolerantia, labores pacate & moderate ferre, *yavùduam.* Gratia, gratus animus, memoria beneficii, gratificor, habeo gratiam, *manum.* Remuneratio, præmium, merces, remuneror, gratiam rependere, referre, *tafmanum.* Fortitudo, robur animi, *nehuen.* Virtus, præſentia animi, vir maximi animi, magnanimus, *lihue* Dignitatis cura, *pramun.* Veritas, verum, mentiri non eſt meum, *mupin, leú dgu.* Amicitia, animorum ſumma conjunctio, *huenuiun*, *huenuihuen.* Correctio fraterna, *glam.* Cautio, documentum ex proprio vel alieno malo, experientia, *pelelduam.* Abſtinentia, frugalitas, ù*llhuemtun.* Sagacitas, verſutia, ſtratagema, Argum ipſum aut Ulyſſem fallere poſſit, *gnen.*

731. *cúme gnen.* Bonitas, probitas, *cùmegen.* Bonum, *cùme*; eſſe, *cúmen.* Velox, pernix, celer, agilis, citus, *tùf.* Sic eſſe, *tùfn.* Cito, citiſſime, *túftu.* Cicur, domeſticum animal, cœlo ne fide ſereno, cave tibi a vultu blando, fluctus mutus, *huim.* Stabilis, diuturnus, *yavú.* Certum, *leú dgu.* Profecto, *leú*, *mugel.* Mundus, purus, lautus, purgatus, *lif*; mundum eſſe, *lifn.* Mundo, eluo, purgo, expurgo, detergo, abſtergo, Pœnitentiæ Sacramento aliquem expiare, a peccatis abſolvere, *liſln*, *lifeln*, *lifelcan.* Animoſus, alacer, fervidus, audens, impiger, impavidus, *huentu*, *huenchu.* 741. Pacificus, *napen.* Pacificum eſſe, *napenn.* Senſim, placide, moderate, paulatim procedens, *allue che.* Taciturnus, honeſtus, pacificus, *nom*, *yom.* ſic eſſe, *nomclen.* Affabilis, humanus, comis, *cùme duam*, *cùme piuque gelu.* Doctus, eruditus, litteris perpolitus, doctrina excultus liberali & exquiſita, *quiìnlu.* Validus, fortis, viribus & animo præſtans, *yavu*, *cona*, *huentu.* Virgo, *pebuentunolu.* Dubito, ambigo, hærere in aliqua re, hæſitare, *duamclen.* Dicere quod ad rem pertinet, cum re, de qua agitur, omnino cohæret, ſcite & in loco dictum, *huifdugun.* Plane, aperte, emendate loqui, *ritodugun.* Tranquillum, quietum, pacatum eſſe, *paillalen.*

481. Meminiſſe, *duamtun*. Comprehendo, cogitatione aut mente complecti, *pouduamn* Pendeo animo, ſuſtinui me ab omni aſſenſu, *epuduamn*. Captum meum non ſuperat, hoc mente & ingenio facile aſſequor, *puduamn*. Credere, obedire, ſe ſubjicere, ſummittere, *múgeltun*, *mupiltun*. Obſervo, colo, vereor, revereor, *raquin*. Subvenio, ſuccurro, ſubſidio aut auxilio eſſe, auxilium, opem ferre, *quellun*. Laudo, collaudo, laudibus ornare, efferre, extollere, in cœlum ferre, *ulmeyen*. Submiſſe ſe gerere, de ſe humiliter ſentire, *pichilcaun*. Admiror, miror, demiror, in admirationem rapi, admiratione affici, teneri, *cachentun*. Obedio, *tancùn*. Verecundor, erubeſco, pudet, pudore teneri, *yehuen 753*. Scio, cognoſco, ſentio, *quimn*. Doceo, edoceo, erudio, inſtruo, inſtituo, documenta tradere, fidei myſteria rudibus exponere, pro eorum captu explicare, *quimln*. Suſpicor, ſuſpicionem ex aliqua re ducere, ſuſpicione percelli, hac ſuſpicione perculſus ſum, *peknoun* Cogito, mente, animo aliquid agitare, meditor, aliquid intento animo intueri, perpendere, in alicujus rei cogitatione verſari, *duamtun* Facio, efficio, formo, committo, præſto, ego id præſtabo, *vem*, *mln*, *mùln* Eleemoſynam largiri, erogare, *DIOS ni vla elun*. Alicui ſuadere,

con-

conſilium dare, præbere, moneo, admoneo commoneo, commonefacio, hortor, *glamn* Diſſidentium animos placare, ad concordi am inducere, revocare, g*bn*, g*ùvn*. Gu berno, doceo, inſtruo, omni cura incum bere, *gnen*, *gnecan*. Animadverto, noto obſervo, g*pin*, *inaduamn*. Bene, probe, re ɛte facere, h*uifn*. Optatis fortunam reſpon dere, rem ex animi ſententia ſuccedere, *mann* Spem ſuam in aliquo ponere, reponere, fi gere, collocare, repoſitam, collocatam ha bere, *yavúln*. *752*. *greucun*. *733*. Audeo projeɛtæ audaciæ homo, *yovùn*. Aſſueſco conſueſco, inſueſco, dare ſe in conſuetu dinem, callum obducere, h*uimn*. Man ſuefacio, feras cicurare, manſuetas reddere manui aſſuefacere, *huimtun*. Exploro, ob ſervo, *inagnen*. Permitto, patior, concedo quibusdam in rebus connivere oportet, ne omnia contendamus, *rupaln*. Callide ali quid petere, elicere, exprimere, extorque re, callida petendi ratio, *pilelentun*. Diffi cilis, ardua res, *kdau mlei*, *cuniun* g*ei*.

482. Exempla *Cùme mo*g*eum v. cùme mo* g*en mo*, *llucan* g*elai*, reɛte faciendo nemi nem timeas.

*Mi mupium v. mi mupin mo v. mi mupien mo aiecau*g*e*, ama, cole veritatem, & in ſinu gaude, ride.

Pe-

Pelelduamgelu, *gechi vembuei*, Piſcator
ctus ſapit, & ſtultus malo accepto, quæ no-
cent docent, aſinus ad lapidem non bis of-
fendit eundem.

Deutumn, *pelolemn*, *aldù digelelai ta mn
laial*, fac ea, quæ moriens facta fuiſſe vo-
les.

Penobilmi ùla ta DIOS piaulgeaimi, ar-
dua ad cœlum via.

Ta ni cùmegen mo aiùvali ta DIOS, pro-
pter ſuam bonitatem Deus eſt mirifice aman-
dus, unice colendus, effuſiſſime diligendus.

Aldù vanei ni nemel, eſt in illo autorita-
tis plurimum, vir autoritate præditus, gra-
vis, graviſſimus.

Aldú vanei ni piuque, forti animo & ex-
cellenti præditus, magnanimus.

Lifigetui mi pllù, jam a peccato abſolu-
tus, crimine liberatus es.

Lihue gei, eſt acer, vegetus, acri & vi-
vido ingenio.

Quintupllún pu Patiru ta ni duam lle, Re-
ligioſorum munus, officium, partes ſunt ze-
lus animarum.

Pepilknobige ta mi pllu cùme vemn-mo,
animam tuam virtutibus exorna.

Allue yavùgechi piuque nehuen duguquelai,
Cor tepidum non profert verba calida, ne-
mo dat, quod non habet.

Pu Mallûen nobi ta ni puhuentu kdau mo,
Indæ Indos labore v. diligentia antecellunt.

novali kdau, *datubilmi*, labor & conſtantia omnia vincit.

Gnetumellebige, *mupiltunolmi*, ſi non credis, experire.

Quimllebichi, experiar.

Yavuluge peni! cape animum frater, animum erige, te ipſum excita.

Yavulumn pu peni ema, ſtate animis, adeſte animis fratres! ne cadatis animo, ne abjiciatis animum, viros vos fortes & conſtantes præſtate.

Cùtancaun mo yavuduamgen, in re mala animo ſi bono utare, adjuvat; ſi te premit adverſitas, ne deſit æquanimitas, ſolare te & dic, non erit ſemper ſic.

LLitulquechi duam tva, hæc eſt cauſa cur inceperim.

Cúmei cùmelcaun, laudanda eſt Hoſpitalitas, erga hoſpites, proximum benignitas, humanitas.

Aldú cúmelcai tva v. aldù cúmelcan gei, maxime prodeſt, conducit, adjuvat.

Cùmelcaimi, bene feciſti

Quimn aiùquebimi ta DIOS, ſcio te Deum amare, colere, diligere.

Cùmeabui DIOS ta ni aiúgeabum, utinam omnes Deum O. M. diligerent!

Cùmei ta mi gúmabiel ta mi buerilcan, bene facis dolendo de peccatis tuis, deflendo peccata a te commiſſa.

Ma-

Marichi aiùlan ta mi búrenieabin, propono quod nunquam tui ſim miſerturus.

Peyepeyequebin ta ni huerilcan, ſemper mihi verſantur ob oculos peccata mea, peccatum meum contra me eſt ſemper.

Quinelelai puduam egn, *v. quinelelai ni piel egn*, alia aliis mens eſt, inter ſe vehementer diſſentiunt, non eſt eadem omnium ſententia, quot capita, tot ſententiæ.

Chanalknobin ta ni piuque, dedi ipſi rationem meæ conſcientiæ, omnia interiora mea ipſi manifeſtavi.

Inche iom tutelbin vachi dgu, pillei ta puhuentu, ſuum cuique pulchrum, quilibet ſibi placet.

Quinechi tutei, *marichi tutelai*, ſi ſemel ſapit, centies deſipit, invenit interdum cœca columba piſum.

Mancha huentu, Fabius cunctando reſtituit rem.

Manchan, *manchacan*, feſtino lente.

Duamtumn ta mn Chriſtianogen v. Chriſtianogeel, reminiſcimini vos Chriſtianos eſſe.

Huema toquibilu ta ni duam, *huelelai*, malis imminentibus occurrendum, ne erres, præcavendum.

Iod quimchi che huelelquei, quandoque bonus dormitat Homerus.

Iod quimlu çupape, doctior accedat.

 Ma-

Marichi iod quimchi che mo, eimi iod quimimi, ipſa ſapientia, ſapientior es.

Vill quimi ta DIOS ta in piuque ple, nihil eſt ta abditum & occultum, quod DEUS non videat, ipſos animi ſenſus exploratos habet, omnes animi latebras penetrat, intimosque receſſus callet, cognoſcit ac penitus introſpicit.

Cúme che getui, ad frugem bonam ſe recepit, & a vitæ turpitudine recedens honeſtam vivendi rationem iniit, ſuſcepit.

Tutelclechi glam pelelduami pu nua, monitum ſuo tempore & loco datum infideles ad fidem, malos a vita flagitioſa & impura ad honeſtatem reducit, traducit.

Tute acuimi, tutelpaimi, in tempore veniſti, opportune, tempeſtive, opportuno tempore.

Hueringelu yehuepe, hæc non ad me, ſibi male conſcius erubeſcat.

Marichi vei pieli, mupiltuhuelaiaieimi, nec jurato tibi crediturus ſum, etiamſi Divos omnes conteſteris,

Inaitugeai DIOS ni piel, mugeltugeai ta DIOS, ſerviendum eſt Deo.

Allcúllen ta mi aiúbiel ta mi Chriſtianogeal, audivi te velle ſacro fonte luſtrari, baptiſmate initiari, Chriſticolis, Chriſtianæ & orthodoxæ Religionis cultoribus annumerari.

Eimi

Eimi mo yavúluquen, in te confido.

Inche ni piel clei tva, meam tibi oppignero fidem, obligo, obſtringo, interpono, tibi hoc polliceor, in meque recipio.

Aldún manumbin ta DIOS ta ni cúmelcaeteu mo, DEO O. M. gratias pro præſtitis mihi beneficiis ago, habeo.

Inaitubige ta mi toquiel, morem gere, dicto audiens eſto.

Quinei ni pichi duam, paucis te volo, habeo negotiolum.

Ea pienu, reſpondit mihi: etiam, ita.

Cúmelcage ta mi aiúpranoam, ut dent da, ut faciant fac, ut ameris ama.

DIOS ni piel ta in aiùun, hoc eſt præceptum meum, ait Dominus, ut diligatis invicem.

Inche ta ni vamgelu Miſſapiquen, eimn illcútuleaimn, Sacris operanti vos attenti cooperamini.

Inche cùme chelan cam ve? an me eſſe malæ fidei arbitramini?

Cùmelcaun gei vachi mapu mo, floret hic loci officioſa in hoſpites humanitas.

Pramun gelai vachi huentu, dignitatis ſuæ curam non habet homo iſte.

Cùmelcai ni pigen, officioſus, hoſpitalis habetur, audit in hoſpites comis, perhumanus.

Yavuduamlu nopinvalai, audentes fortu-

na juvat, timidoſque repellit.

Inche yavùgen v. yavúgen inche, piquei t
mapu che, Ego, inquiunt Indi, ſum vali
dus, fortis, viribus & animo præſtans, al
ter Hercules.

Hueſa que huentu neyumel nacmpraquei
nemo tam malus, ut ſemper & in omnibu
malus ſit.

Tenpalaimi ta mi gnencaiabubiel, multi
tibi opus erit, ut illum fallas, decipias.

Cuniun gei ella que dgu, inei yovùabui
non eſt cujuſcunque ardua & adverſa ſu
perare.

Aldù yebuevali arelen pin, magnum pu
dorem infundit, mutuum aut commodatun
petere.

Yebuelcabin, affeci eum pudore.

Tepenclei, eſt hilaris, jucundus.

Rito peuman, fortuna ſecunda uti, omni
peropportune cadere, ex ſententia cedere

Arol pegeabui ta peuma, non tibi per ven
tos aſſa columba venit.

Huele peuma , fortuna adverſa.

ùto peumagen em! nihil ſtabile ſum ex
pertus, inconſtante ſemper fortuna uſus.

DIOS ni piel raquilabimi , veimo albue
ruca mo upe pigeaimi, Dei mandata non ob
ſervas, ergo condemnaberis.

Raquilabimi ta mi Toquieteu, veimo tùpù
geaimi , Superioribus debitum honorem

obe-

obedientiam ac obſervantiam non præſtas, igitur vapulabis.

Cúmei mi raquibiel ta mi chao, ta mi nuque cai: vei ni raquibiel cai, parentes ſunt honorandi, quapropter ego quoque illos revereor & honoro.

Quidu tpubi ta ni peni raquinobilu ta ni chao, contra reverentiam parenti debitam ipſe ſuis manibus fratrem ſuum verberibus patre inconſulto mulctavit.

Hueracagei raquigenolu, procaciter cum ipſo actum eſt, petulanter illum deſpexerunt, os importuniſſimum ipſi oſtenderunt.

Pichilcaumege vochúm ta mi papai mo, agedum fili, ſupplex ad matrem accede, ad ejus te pedes abjice, eique te ſubmitte, ut tibi tui delicti gratiam faciat, veniam ac immunitatem concedat, impunemque te dimittens in priſtinam gratiam amoremque priſtinum te recipiat.

gepai mapu mo ta ni raquigeam pu ulmen mo, ingreſſus eſt Provinciam, ut a Caciquiis munera ac honores reciperet.

nellipuquen ta ni amomarial v. amomarian biquen, cupio, deſidero, volo orare, recitare preces.

ni votm duami v. duamtuquei, de filio ſuo cogitat, meditatur.

Duamtuquei ta ni uútaial, iter meditatur, cogitat de itinere faciendo.

Peknobiğe ta mi laial, memento mori, fac te nunc moriturum.

Peknobimn ta mn apoğeal, imaginamini, animo aut mente fingite, concipite vos futuros eſſe Superiores, Duces, Reges.

Chao vemğelu toquien, Supponite me patrem eſſe v. habete me loco patris.

Peñi vemğelu toquieimi, fratris apud me locum obtines.

Glam ğei v. cúme glam ğei vachi Huinca, optima monita, documenta, conſilia dat, præbet Hiſpanus iſte.

Glam ğehuelai mapu mo, caret nunc Provincia viris doctiſſimis & timentibus Deum, quos in conſilium adhibeas, quibuscum conſilium ineas, qui populo dent ſalutis monita, & a ſcelere ad frugem bonam revocent.

Glamuğe, ipſemet te admoneas, nec opus ſit, ut alius monitoris apud te fungatur officio.

Inche ñi aiúel ta DIOS, DEUS meus & omnia.

ño *duğuimi*, concinna fuit & elegans tua oratio, feſtiva, compta, & tempeſtivis jocis aſperſa, peracutisque ſententiis condita.

Chaſtumabiğe ta mi pu caiñe, JESU Chriſto ñi piel mai, inimicum tuum vel cum propriæ vitæ periculo defende, nam ita JEſus Chriſtus Deus & Magiſter noſter docet, præcipit, jubet. *Cheu*

Cheu peɡei veichi dɡu? unde hoc ſcitur, conſtat, habetur,

Peknouquebin ta ni laial, mihi in mentem venit, quod brevi ſpiritum Deo ſim redditurus, horam mortis meæ inſtare mihi omnino perſuadeo, imaginor.

Vamaimi, ita facies.

Vamɡen, ita ſum comparatus, hoc mihi a natura inditum, tributum, ingenitum eſt, iſtud mihi natura ingeneravit, hujus ſum indolis.

483. Vitia.

Aſtutia, calliditas, callidus, vafer, verſutus, fraudulentus, fallax, *gnen.* Peccatum, delictum, noxa, crimen, erratum, culpa, ſcelus, flagitium, maleficium, *huerin*, *huevilcan*, *huerintu.* 225. Malum, *huera,hueda.* 4. Damnum, jactura, detrimentum, *ùllúa.* Negligentia, incuria, *uduam.* Defectus, erratum, inurbanitas, ruſticitas, *rulmen.* Dementia, error, inſania, ɡ*enoduam.* Impudentia, petulantia, procacitas, ɡ*enoyehue.* Intemperantia, immoderatio, *ùɡentu.* Intemperantius, immoderatius, nimis,nimium, ſupra modum, immodice, extra modum, plus æquo, plus ſatis, úɡ*echi.*

Immodicus tui æſtimator es, modum in eo non ſervaſti, nimium te ſuſpicis, tibi arrogas, urbanitatis & pudoris fines tranſiliſti

immoderatius egiſti, ſuperbius te geſſiſti, nimius & intemperans in eo viſus es, *úꝥen*, *úꝥentun*. Amens, demens, ſtultus, *hued-hued*, *cùmpem*, *renmalu*. Mendaciorum architectus, fraudulentus, Syçophanta, totus ex fraude & mendacio compoſitus, *coilla*, *gnencavoe*, *coilla caman*. Malus, *bueradu am v. piuque nielu*. Trux, crudelis, *buera huentu*. Segnis, negligens, ſocors, languidus, remiſſus, piger, deſidioſus, iners, *chovú*. Nequam, furcifer, veterator, verſipellis, ſceleratus, *nua*. Rebellis, perduellis, *auca*. Audax, projectæ audaciæ homo, *nedquen*. Arrogans, inſolens, elatus, qui nimium ſibi ſumit, arrogat, *huichatuvoe*, *devùpraulu*. Suſurro, *dalluvoe*. Superbus, tumidus, inflatus, ſuperbia tumens, qui ſe glorioſe ſuſpicit, alios faſtidit ac deſpicit, *raquiun*, *raquiupran*. Affectare gravitatem, ſeveritatem, auctoritatem, *tùquercùn*. Simulator, ſimulandi arte eruditus, vitia infucare, probitatis ſpecie occultare ſtudens, ſciens, *epu piuque*, *epu duamꝥelu*, *pataraꝥelu*, *vurintuche 225*. Perjurus, perjurioſus, perjuro, pejero, *jurapran*. Fur, *huenevoe*, *huenen caman*. Abigeus, abactor, *huinca*. Latro, homicida, *laꝥmche*. Prædo, graſſator, *muntuvoe*. Adulter, mæchus, *damentuvoe*.
489. Loquax, dicax, *papaſ*, *huillmen*. Avarus, miſer, ſordidus, tenax, *rcù*, *rùcu*.

Sto-

Stolidus, ſtupidus, vecors, attonitæ mentis homo, *cúmpem.* Perverſus, pravus, diſtortus, qui exſpectationi, quæ de ipſo adoleſcente habebatur, non reſpondit, ſed pravis & corruptis moribus evaſit, *cùni.* Magus, ſtrix, lamia, *calcu, machi, anchù mallûen.* 681. Incapax conſilii, *glamvalnolu.*

484. Decipio, fallo, deludo, imponere alicui, verba dare, fraudem, fucum facere, *gnencan.* In errorem aut fraudem hominem illicere, deducere, inducere, impellere, circumvenire aliquem, aſtu capere, *gneknon.* Incautum excipere, imparatum occupare, opprimere, *gnentun, uduamtun.* Oblivifci, parum de re cogitare, laborare, rem parum curare, excidit mihi nomen, *uduamn.* 844. Memoriam deficere, vacillare, labare, intercidere, jam me fallit memoria, memoriam amiſi, perdidi, *rume duamn, uyen, upan, goiún.* Glorior, *raquiun.* Se de viribus & animi præſtantia jactare, *buentuun.* Efferri, erigi, attolli, ſuperbire, inſoleſcere, intumeſcere, *raquiupran.* De poteſtate mentis abire, furore corripi, *goiúrumen.* Per inconſiderantiam res vel verba commutare, abuſus verbi multa ſignificantis, lapſus linguæ aliud pro alio enunciantis, *quenan.* Titubo, hæſito: nec vox illi, nec lingua conſtitit, vox illum & oratio defecit, *cu-*

vùlluùnn. Carminibus aut cantionibus, ut quis obmuteſcat, efficere, g*pemn.* Loquelam deficere vel ex nimio ſomno aut ex immoderato affectu, g*cúmn.* Aliquem injurioſe & indigne tractare, vexare, exagitare, *hueraln*, *hueracan.* Damnum inferre, ù*llúan*, ùll*uatun.* Senectutis vitio deſipere, delirare, *umenn.* Faſtidire aliquem, aſpernari, deſpicere, contemnere, maritum illum dedignatur, *huerinpen.* Pecco, delinquo, culpam ſuſcipere, facinus, malificium committere, aliquid in ſe admittere, ſcelus perpetrare, concipere, ſcelere ſe aſtringere, obſtringere, culpam contrahere, *huerilcan.*
Erro, in errorem labi, delabi incidere, errore capi, *crin* Sui nimium tenax, avarus, *rcù.* Avarum eſſe, *reún* Alieni cupidus, *culmen*, *cuniln* Obtrectator, maledicus, detrahere abſentibus, alicui vel de ejus fama detrahere, *domdomn.* Cum aliquo de re aliqua rixari, inter ſe jurgare, digladiari, jurgio contendere, *quebuan*, *quebuatun.*
Vociferor, clamores edere, *quebuenun.* Litigo, contendere cum aliquo, *tein*, *lucan*, *lucatun.* Inurbanum, ruſticum, ſuperbum eſſe, *conaln.* Pudore ſuffundere, afficere, *yebuelcan.* Falſum alicui affingere, falſo illum criminari, calumnior, *vutalcoilladugun*, *pilelpran*, *punchuln.* De aliis hic illic male loqui, *pipiyen.* Se ultro alienis rebus ingerere,

rere, in alienam meſſem falcem mittere, ſine ſuffragio cenſuram gerere, *inchelcaun.* Pertinax, contumax, altercor, tricor, contra tendere & non pertendere, ſi duriorem te præbes, non contendam amplius, *nagegen*, *notucan.* Certatim, *notu.* Adulor, blandior, aſſentor, verborum lenociniis aut blanditiis aliquem petere, captare, tenere, *huaichifdugun.* Mentior, mendacium contexere, conflare, architectari, *coillan*, *collatun*, *coilladugun.* Mendacium alicui objicere, exprobare, in aliquem retorquere, *coillatuln.* Falſo aliquem criminari, calumniatus eſt me fugam meditari, *úpúmn*, *ùpmn.* Incuſatio poſcentis aliquem ad pugnam appellare aliquem de proditione, &c. & provocare, minas jactare, *gchan*, *lgchatun*, *tchan*, *tchaln.* Neco, occido, obtrunco, perimo, interimo, interficio, vitam adimere, necem afferre, de medio tollere, *lagmn.* Per inſidias aliquem interficere, *mteun*, *mtulagmn.* Carminibus aut cantionibus aliquem ligare, in aliam formam mutare, incanto, excanto, *nùrin.* Machiorum in modum mente deſtitui, furere, inſanire, *yaiùn.* Veneficos, ſagas arcum adducere, intendere, *cúllin.* Veneficiis occidere, *ùvùnn.* Furor, ſurripio, furtim averto, aufero, *uenen*, *chuquin.* Pecora, equos, &c. furto auferre, avertere, *buincún.* Rapio, abripio,

ripio, rapinam, exercere, *muntun*, *notu muntuun*. Veneficiis explorare, furem indagare, in auctorem inquirere, *munun*, *munuln*. Pravum ingenium, perverſa indoles, *huelu duamn*. Contra atque aliquis opinatur, accidere, *huele duamn* Aliquid malitioſe, ficte, ſimulate, non ex animo, in ſpeciem factum, *huente duam*.

485. Exempla. *Ta mi quinechi huerilcamom leú llùcaqueimi*, ſi vel ſemel peccaveris, eſt cur merito timeas, juſtamque habes pertimeſcendi cauſam.

Tutelaimi ta mi piel meu, extra chorum ſaltas, extra orbitam & metam excurris, tua oratio cum re de qua agitur, non cohæret, nihil dicis quod ad rem pertineat, ſcitus quidem jocus, ſed parum in loco dictus.

Huedhued getui, *huedhuedi*, *huedhuedtui*, de poteſtate mentis abiit, deſipit, inſanit, debacchatur, cerebrum illi non eſt, elleboro indiget.

Catùduamlei, *cageduami*, hoc illi mentem exturbavit, ſuſcitavit furorem, ad inſaniam adegit.

genoduamquilmi, non ſis imprudens, ſanusne es, qui hæc dicis?

Vill genoduamchi che niei ta ni gamnomequeum, quisque ſuos patimur manes, ſua cuique inſania eſt, neque omnibus eadem, ſuum cuique ſtudium maxime probatur.

útùbi ta ni *yehue*, depuduit, pudorem abjecit, perfricuit frontem, dedidicit pudorem, ultro deſpondit, depoſuit.

Calecaquei ta ni *duam*, per fictas & inanes cauſas obſequium exuit, imperium detrectat, obedientiæ vim eludit, cauſatus allii fœtorem ſuperbe hominem repulit.

Chuchi nu*que mo* g*euyei tva venten* h*uera*g*elu*, quæ terra talem protulit, ut illum Dii perdant.

ùdebi ta ni *glam*g*eal*, bona monita averſatur.

Veula duamtuquebi ta ni *pepiltuabiel deuchi d*g*u mo*, poſt bellum auxilium, ſero ſapiunt Phryges.

Huera h*ue*n*evoe tipatui vachi cara mo*, inſignis fur hac urbe exivit.

Mtorcùn g*ei mlechi cura mo*, occaſio facit furem, non facile eſuriens poſita retinebere menſa, & multam ſaliens incitat unda ſitim.

g*amnopraquen acu*l*i ta lan*, parva ſæpe ſcintilla magnum excitavit incendium, parvum erratum ſæpe morte plectitur, mulctatur.

Muchai pr coni huera que ad, talis fere quisque eſt vel fit, quales ejus amici.

Inche ta ni *vùcha*g*en i*ll*abueneu*, canos meos, meam canitiem conviciis proſcindat, contumeliis afficiat, vellicet.

Rul-

Rulmebin, inurbanitatem in ipſum admiſi, procaciter cum ipſo egi.

Rulmen eimi mo, debitam reverentiam me tibi non præſtitiſſe fateor, doleo.

Duꝗulai veichi huentu, inſociabilis, aſper, inhumanus, difficilis, moroſus eſt homo iſte.

ꝗlamvalai vachi che opulelu gnen mo, fruſtra illum mones, nam audiens non audit.

Ta ni cùmechecaun mo tapmknobi ta ni gnen, probitatis ſpecie ſua vitia fraudesque occultat, infucat.

Cùpa ꝗamno pibun, parum aberat, quin dicerem v. dixiſſem non dicenda.

Duꝗuntenꝗei, nimium loquitur, effutit, temere verba fundit.

Quimlai rume, eſt prorſus ignarus.

Pepilduꝗupraquei, verborum concinnitatem & ornatum exquirit, cultum in verbis affectat, conſectatur: exquiſito orationis cultu eloquentiæ famam aucupatur.

Inaduamnoquechi v. inaduamnochi notucaqueimi, inexplorato omnia proteris, peſundas, conculcas.

ꝗen huerin, auctor delicti una cum reliquis e. g. conſanguineis, amicis, &c. nam omnes habentur complices.

Pehuelaiabun vachi huentu, abſit, nec DEUS ſiverit, ut iſtum hominem videam deinceps.

Adtubi ta ni coillatual, eſt mendax, mendaciorum architectus. *Ad-*

Adtubi ta ni cuſnoal, nec ſuo nec alieno periculo ſapit, diſcit, cautus eſt.

Hueragei lagmun, ſe ipſum occidere non licet.

Lagmbimi quine huentu iod cúmelu v. cùmegelu eimi mo, hominem interemiſti meiorem te.

Veituche ta mu cúmelu huedai, ejus generis vel optimus longe ſit a me.

Ui ta ni cuú, non feci de induſtria, ſtudio, conſulto, data v. dedita opera, ſciens, volens, prudens.

Bùrenien mai, chumabun em! albue ta ni gnencaeteu, parce quæſo, ignoſce, quid agerem, Diabolus me decepit.

Leù quimlau ta ni buerilcan, albue ta ni oquiel, neſcio qua ratione acciderit, generis humani hoſtis tentatio fuit.

Rulmen em! chumgeabui, culpam meam confiteor, quid agas?

ni buerilcanon cam chi, quid enim? an dicam me non peccaſſe, atqui a me erratum eſſe, minime nego, nec dubito, ſatis ſcio me deliquiſſe.

nuamiauquei, pergræcatur, ſcortatur, in luxu ac libidine ætatem agit.

Pramuiauquilmi ta mi buerilcan mo, udumgechi peaimi ta mi lludnoam, noli de peccatis tuis gloriari, nam quando minus cogitas, ex improviſo pœnas improbitatis tuæ dabis,

dabis, feres, ſolves, ſuſcipies, Deus pœnas jure debitas a te repetet.

Eimi mi coillatulbiel pu che, ab omnibus mendax, & ex fraude mendaciisque compoſitus haberis.

Eimi mi matulcabiel mo, allvulbimi em! quia nimium properaſti, offendiſti, feſtina lente.

Huenevoe elcullinvalimi em! ovem lupo commendaſti.

Chao ni lamom v. ni lauyeum, votm nuatui, patre mortuo filius pergræcatur.

Rcugeimi piai, piam, pigeai, avarus haberis, diceris.

gollinche gei pien, mihi dixiſti me eſſe vinoſum, ebrioſum.

Chovúqueimi ta mi cùtanduamn ta mi huerilcan mo, pigritia tua fit, quod non elicias dolorem de peccatis tuis.

Chovùqueimi ta mi cùmegen v. ta mi cùmegeal, piget te eſſe bonum.

Aldù chovùgei, pigritia languet, torpet.

Unamtuiauquei, eſt concubinarius, concubinatu infamis.

Coillaiauquei, non illum pudet impoſturæ nomine male audire.

Hueneiauquei ta mi duam, furtum mente verſas, cogitatione volvis, machinaris.

Cùme dgu no machitun, machitugen, Veneficiis curare vel curari eſt illicitum.

Inei

Inei cam aucalmaputuuyei, quis fuit Au-
or, cauſa, ut Provincia res novas molire-
ur.

Inche ni *lagmabiel Pedro*, Petrus eſt,
juem de medio tollam, cujus ſanguinem &
itam peto, cui hujus uſuram lucis eripiam.

Oviſa caman huenevoellechi, Opilio ſæ-
penumero non ovium paſtor, ſed lupus eſt.

Huera huenevoe geaimi, quid de te fiet,
juæris? inſignis fur.

Calcu em eimi, maleficis artibus afficiebas
liquando.

Cúme machi melipillan, Melipi medicinam
icere, morbos pellere, ægrum ſanare ſatis
ntelligit.

Calli ni *duam huerilcalu nehue glamtuvali*,
ui ſciens prudens peccat, næ iſte medius
dius reprehenſione dignus eſt

Leli h*uenentubi*, in oculis illud furatus eſt.

Huenenmabimi ta ni *cullin*, *ina lagmbimi*,
na cum reliquis ipſam adeo vitam illi ab-
ulisti, primum bonis deinde etiam vita il-
im exuiſti.

*Adgech*i *rume huenequei cullin hueraque
ua*, in omnium oculis, inſpectantibus om-
ibus, coram, in conſpectu, præſentibus
ſpectantibus omnibus furantur facinoro-
homines.

Huenevoe gei v. hueneiauquei ni *pigen*,
rti nomine male audit, audit fur.

Mi chao ta mi chao *gebum v. ta mi chao gebun mo, buenelmqueabuimi cam chi*, non te pudet tali patre natum latrociniis infamem, famoſum eſſe?

Ape acui, vill tepelcaquebi ta ruca, vix redit domum, quando turbas ciet, movet, ſerit, excitat.

Ape tuui v. tuulu, lagmmebi quine cunúval, vix egreſſus pauperem quendam ad necem quæſivit.

Allcùn ta mi lagmuyen v. ta mi lagmmom, audivi occiſum eſſe a te aliquem.

Eimi lagmchequeimi v. lagmchelu eimi v. lagmlmchequeimi v. lagmchevoe eimi v. lagmqueimi ta che v. lagmbilu che eimi v. lagmlmqueimi ta che, es graſſator, inſidiator, itinera infeſtas, vias obſides, viatoribus inſidiaris, ex inſidiis eos occupas, excipis, intercipis, ſpolias, expilas, occidis.

Ulmen inche quine oviſa rume muntunmaabuen, mihi Caciquio tu ovem abripere auſis.

Afentubi ta DIOS, Deum O. M. abjecit.

Pramungei vachi buentu, eſt elati animi v. dignitatis ſuæ curam habet homo iſte.

Pdamuniebi ta ni *che*, educat ſuos elatos, tumidos, inſolentes, inflatos.

Ea pilanu, nullum apud illum obtineo locum, nullo loco apud illum ſum.

Epui ta ni piuque, homo ambiguus, dubiæ

ıiæ fidei, duplex animo, qui aliud coram, liud adverſus loquitur, facit.

Ta ni lagmmaeteu ta ni chao, qui occidit ıeum patrem.

Calcu lagmlmquei, Venefici ſolent noıines vita privare, exuere, morte afficere.

Vei vemquilmi pieimi! omitte iſta, non ıcias inquam!

Ta ni huerilcauyeum cùtu, *v. ta ni hue-'lcamobium cùtu ta DIOS*, *cùme huetulai ı ni duam*, ex quo tempore DEUM O.M. ffendi, nulla eſt animo meo pax, quies, ·anquillitas.

Ta mi chgarcumobium cutu, *tanalehuecai*, ‹ quo illum vulneraſti, multa illi vulnera, ıultas plagas inflixiſti, e lecto non ſurret, adhuc graviter decumbit.

Vemabun cam chi, *cúmpem gei ni piabueum ·ei*, cur facerem? forte ut diceres me eſſe olidum, ſtupidum, vecordem, attonitæ ıentis hominem.

ni *confeſſaum v.* ni *confeſſan mo v.* ni *conſſael mo*, *goimaquen*, quoties commiſſa per ›nfeſſionem expio, perturbor, hæſito, nec ›x mihi, nec lingua conſtat.

486. 487. 488. 489. 490. 491.

486. Animi motus.

Amor, benevolentia, charitas, pietas, ùn. Amor proprius, *aiùun.* Libido,

 amor

amor laſcivus, fœdus, turpis, inſanus, *aiù-pran.* Bene erga aliquem affectum eſſe, *cùpa puen, raquiduamn.* Cum aliquo convenire, animo conjungi, *adelun.* Cupio, appeto, aveo, concupiſco, *culmeien.* Deſiderium videndi rem amatam, illo teneri, ſtudio ejus videndi efferri, *cúellun, buenamcùn.* Sum proclivis, propenſus, pronus, inclinatus, *vùlknon.* Zelotypia mariti, *rumpelen,* Uxoris, *múrin, múritun.* Societatem cum aliquo inſtituere, conflare, inire, contrahere, *llidyen.* Odium, odio habere, proſequi, cane pejus & angue odiſſe, ú*den.* Male erga aliquem affici, eſſe averſum, non perinde affectum eſſe, ſegnius diligere, *vùrepuen, vùrepuetun, vùrepue.* Nauſeo, faſtidio, aſpernor, nauſeam mihi movet ejus aſpectus, abhorret animus & oculi ab ejus aſpectu, *illgn, illgún, ucaipuen.* Vapide ſe habere, impatientem, moroſum, faſtidioſum eſſe, *uneun.* obtundere, moleſtum eſſe, feſſus ſum, noli me hac de re amplius obtundere; premit, occidit, in quem incidit, *ùlenn, quecun. 818.* Offenſionem prae ſe ferre, os ab aliquo avertere, exacerbari, ſubiraſci, *bueritun.* Vitam ſibi acerbam ducere, putare, tædio vitæ laborare, affici, *chonìun.* Invidia, inveterata invidia, livor, ù*napiuquen,* ù*napuen,* ùt*ir.* Laudi alicujus invidere, divitias, honorem alicui invidere,

aemu-

æmulatione accenſum laudes ejus deterere, commodis obtrectare, invidiæ ſtimulis agitatur, potentes & dignitate conſpicuos æquis oculis videre non poteſt, *ùtirn.* Timor, metus, formido, pavor, timeo, metuo, *llcan*, *llùcan.* Timorem incutere, in metum adducere, metu afficere, perturbare, *llúcantun*, *llcantuln.* Terrore concuti, percelli, commoveri, expaveſcere, metu perturbari, *cúggenn*, *yamn* Terrorem alicui afferre, injicere, hominem terrere, *yamln.* Conſternari, exterreri, exhorreſcere, *tepefcùn.* Concuti, contremere, tonitru concuſſa domus, timore perterritus contremuit, *taniſcùn.* Torvis & obliquis oculis aliquem intueri, *uùmalcùn.* Dicturum pro concione ſubitus horror occupat, genua mihi labant, mens vacillat, totusque torpidus ac pene elinguis efficior, *tùnamun.* Tremo; metu, frigore horrere, contremiſcere, *tùntùnùn* Caſu aliquo hominem ſtupefacere, conſternare, *uyùln.* Sum metu perterritus, terrore concuſſus, debilitatus metu, *pellpelln.* Suſpicio, hac ſuſpicione ſum perculſus, taciturnitas tua mihi ſuſpicionem affert, ſuſpecta mihi eſt, *peun*, *peutun.* Attonitus, ſtupefactus, obſtupui, ſteteruntque comæ, vox faucibus hæſit, *tepeucun*, *tepeſcún.* *841.* Metu obturbari, hærere, *collvùdun.* Ira, ſtomachus, iracundia, ſuccenſere, iraſci ali-

 cui,

cui, cum aliquo ſtomachari, *úllcun.* Sto-
machum alicui facere, movere, exacerbare
aliquem, bilem illi movere, commovere,
hominem ad iracundiam provocare, conci-
tare, ejus iracundiam excitare, *úllculn.* In-
genio pravus, indole feroci & contumaci, ni-
mium vehemens es, feroxque natura, *únbi*
Sic eſſe, *únbin*, *únon.* Tetricum, triſtem
eſſe, mœrore, triſtitia affici, *tepean pilan*
Aliquem objurgare, increpare, cum illo de
re aliqua vehementer agere, *ùllcunpen.*
Contentioſus, pugnax, contentionis cupi
dus, offenſionum cauſas arceſſere, *quintud*
gun. Facile iraſci, ſuccenſere, proclivis ac
iram, *nayùn.* Faſtidium, ſatietas, tædium
nigai, *ùnapue.* Satietatem, faſtidium affer
re, ingratum, putidum eſſe, *nigaipuetun*
únapuegen. Ira, furor, indignatio, *pinmaln*
pinacmn. Fremo, ardere dolore, *mùruln*
Furere, debacchari, vehementer iraſci, ex
candeſcere, furore corripi, agitari, incitari
inflammari, *yayun.* Clamo, vociferor, cla
mito; inconditas voces edere, *nútaun.* Stri
deo, ſtridor, *quiquircún.* Cum aliquo ſto
machari, *lucatun.* Defervuit ira ejus, detu
muit, *túun.* Triſtitia, mœror, mœſtitia
lladcùn, *ladcún*, *raquiduam.* In mœrore ja
cere, triſtitia affici, *raquiduamn.* Ex bon
abſentia in magnum luctum incidere, ma
gnum dolorem haurire, *eucalihuen.* Ejus
modi

modi triſtitia; neſcio quid triſtis eſt, non temere eſt, *eucalihue.* Gemo, ingemo, ingemiſco, gemitum edere, gemitus ingeminare, *eiùn*, *eyútun.* Suſpiro, ſuſpirium emittere, edere, ab imo trahere, ſuſpiria ab imo pectore ducere, ſolvere, laxare, in aliquem ſuſpirare, *pratulihuen.* Queror, conqueror, lamentor, queſtus edere, ciere, querelas jacere, effundere, quærimonias jactare, *vurentun.* Detrahere de abſentibus, alicui v. de ejus fama detrahere, *úlmeùen*, *huera úlmeyen.* Doleo, pœnitet, piget me, *afcùduamn.* Miſereor, me miſeret, miſeratio me tenet, miſericordia moveor, *cutannien*, *búrenien.* Affligi, angi, in luctu eſſe, infortunio afflictari, *afcùduamn*, *cutanduamn*, *lladcùn.* Contemno, ſperno, deſpicio, deſpicatui habere, ducere, *illamn.* Imminuo, diminuo, vitupero, vitio aliquid vertere, criminis loco objicere, in vituperationem adduco, *ùchan.* Patior, fero, ſuffero, perfero, tolero, ſubeo, ſuſtineo labores, cruciatus, ærumnas, tormenta, dolores, *piaun.* Alium multis miſeriis & ærumnis premere, opprimere, malis & calamitatibus obruere, vel ſua culpa jactari malorum fluctibus, verſari in magnis miſeriis, graviſſimam malorum tempeſtatem ſuſtinere, fortuna uti infenſa & iniquiſſima, *piauln.* Lætitia, hilaritas, jucunditas, alacritas, feſtivitas, lætor,

gaudeo, exhilaror, exulto, præ gaudio geſtire, tripudiare, lætitiæ voluptate perfundi, maximam capere lætitiam, *tùûún*, *tùyun*. Aliquem exhilarare, hilarem lætumque reddere, efficere, riſum alicui movere, lætitiam excitare, *túyúln*. Lætitia geſtire, exultare gaudio, tripudiare, *tepen*, *tepenclen*. Alium alacrem, hilarem, jucundum, feſtivum efficere, *tepeln*, *tepentun*. Miſeret, *cútannien*, *bùrenien*. Piget, *chovún*. Tædet, *afentun*. Delectat, *tepelcai*. Juvat, prodeſt, *cùmelcai*. Decet, *adi*.

487. Putidum, importunum, moleſtum, *puel*. Faſtidio eſſe, faſtidium afferre, offendere alicujus animum, *pueln*. Egeo, indigeo, opus eſt mihi, *llidmeyen mon*. Male Verbis exceptum dimittere, *ùtúſentun*. Calumnior, falſum alicui affingere, falſo illum criminari, *ùnbiln*, *unviln*. Alapas, colaphos alicui impingere, infringere, infligere, quot miſero colaphos inflixit, ut palmis faciem ejus percuſſit, genas verberavit, *buetaſcún*, *tagontcun*, *tavontcun*. Sanna, deriſus, vultu, voce, corpore aliquem deridere, ejus mores, geſtus ridicule imitari, effingere, exprimere, *rincún*. Averſa manu colaphum impingere, tranſverſo ictu cædere, ferire, *rulitcun*. Manu, geſtu, baculo minari, minitari, minaciter terrere, pericu-

riculum oſtentare, *aneln*. Jacio, projicio, in terram, pavimentum conjicio, contorqueo, *chanan*, *builadcùn*. Strideo, ſtridor, *buirarcùn*, *gcurún*, *gtunn*. Ad parietem v. parieti aliquid allidere, illidere, *builadcùn*, *chanan*. Infortunium, infelicitas, infelix caſus, fatale malum, *ella*, *ela*. Si quid ejusmodi accidat, contingat, in me impetum fortuna convertit, *ellan*. Adverſa, adverſitas, *ella que dgu*. Importune aliquem urgere, importunis precibus obtundere, premere, vexare, oppugnare, occidere, *gdaln*.

488. Exempla. *Raquiduamelcaiaeimi*, cogor tibi eſſe moleſtus, quod absque moleſtia tua fiat, ſi non gravaris, niſi moleſtum tibi eſt.

Tepelaimi v. tùyúlaimi ta mi chao ta mi glameteu, non te delectat a tuis parentibus reprehendi.

Cutanduamaimi ta mi buerilcamobium mo ta DIOS, te pœniteat DEUM O. M. offendiſſe.

Inche ni aiùvoegeum eimn ùdequeimn, amore ego vos, vos me odio proſequimini.

ni aiúel inche DIOS llechi, DEUS meus & omnia.

Aiùel ema! Dilecte mi.

Iod aiùquebin ta DIOS, *quine rupaluchi tùyùn mo*, Deum momentaneæ voluptati

 uti

uti par eſt, præfero.

Chem rume dgu aiüquebi ta che, lan no v. lan mtn ai labi, omnia amant homines præter mortem.

Vill afrupaquei maputu dgu, DIOS ni aiügen no, v. DIOS ni aiügen mtn afrupalai, omnia prætereunt præter amare Deum.

Aiüpraquei re uün ulquelu, operibus non verbis amor probatur, multi fumos vendunt, ſuos ſplendidis promiſſis alunt, at non oportet verborum ineptiis virum commoveri.

Aiübin ta DIOS v. aiüDiosquen, hæret mihi in medullis DEUS, ejus amore flagro, ille mihi ante oculos dies noctesque verſatur.

Aiüeimi v. inche ni aiübiel eimi, te diligó, tuî amore teneor, ſingulari te benevolentia complector.

Cúmei ta mi aiüuyen, bene feciſti amando, licite amaſti, amorem tuum probo, non improbo.

Patiru ema, pu peni ema! O Pater Reverende, o Fratres cariſſimi.

Cúlmeien ta mi huincaiebin, tuus famulus, ſervus eſſe cupio, deſidero, famulum me tibi præbebo perlubenter, non invitus.

Cúlmeielabin ta ni peabiel ta ni cunüvalgeal, nollem me videre pauperem, abſit a me ſæva neceſſitas & triſtis egeſtas.

üdebi ta ni glamgeal, conſilia ſpernit, monita

monita contemnit, documenta ridet.

Antitipaŋe, *vamtipaŋe*, ne mihi lucem adimas, item. abi, abſcede, recede, aufer te hinc, apage ſis.

úŋechi údenŋeimi nai, amice nimis importunus es, næ tu valde es moleſtus, premis, occidis, in quem incidis.

Calli piaupe! abeat in malam crucem, malumque cruciatum.

Quine vla amotuŋe, vade actutum, illico, confeſtim, ſtatim, e veſtigio.

Quine cùŋen huentu quehuatuahueiu quine Huinca, ergo Indus Hiſpanum altercationibus vexet, contentionibus impetat, invadat, adoriatur.

Eimi pieimi, tibi non alteri dico.

úllculen eimi mo, habeo contra te non pauca, tibi iratus ſum.

Penchuknouquieli, abi e conſpectu meo, diſcede a me.

Aldùn alùlúi ta mi piŋen, acriter tibi dolet, quod tibi dictum eſt, oratio illius te alte pupugit, nec leviter perſtrinxit.

Venten dŋu duŋupraquebi, *laŋmpubi*, adeo eum verborum ſuorum aculeis ſtimulavit, fovit, concitavit, ut animam ipſi vitamque expulerit.

Taftueneu em! coram mihi exprobare auſus eſt.

Rupai v. naûi ni úllcun, *naûpapetui ni*

duam

duam v. ta ni *piuque*, defervuit mea v. illius ira, reſedit iræ impetus, remiſit, quievit.

Vemeneu, intulit mihi injuriam, me læſit, injuria affecit.

ni *vemaeteu huerinielaiaeneu chei ?* nemo me impune lædet.

Eimi mo mlei ta ni *ùnapiuque*, contra te mea eſt indignatio, tecum mihi res eſt.

Eimi vùrepuenielmqueen, *v. ta* ni *vúrepuenielmqueeteu eimi llechi*, tu me conſtanti odio averſaris, a meo congreſſu & conſuetudine abhorres, me oculis fugis, auribus reſpuis, animo aſpernaris.

Quimbin ta ni *duguiegen v ta* ni *duguyegeuyen*, *v. ta* ni *duguiegemom*, ſcio de me rumores vagari, pronis auribus obtrectationes contra me excipi, in invidiam vocari, in multorum ſermonem, vituperationemque veniſſe, incidiſſe.

Ladcùluqueimi ta mi raquigenon mo, dolore afficeris, quod tibi honorem non habeant, reverentiam non præſtent, exhibeant.

Raquilabimi ta mi nuagen *v. ta mi* nuageal *v. ta mi* nuageimi, non te pudet ſcelerum, virtus, honeſtas, fama bona, bonum nomen jam vilia tibi ſunt.

Ta ni nuagen *mo ùdegequei*, ob morum perverſitatem omnes illum oderunt, odio habent.

Peaimi rume, veniet veniet illud tempus, quo

quo pœnas dabis, non abibis impunis, non tibi ſic abibit, referes gratiam qua dignus es. v. contra: veniet illius laudi ſuum tempus: ad poſteros enim virtus durabit, non perveniet invidia.

Eimi llùcantulquebimi reChe, tu es qui Indis terrorem affert, timorem incutit, eosque in metum adducit, terret, perturbat.

Eluquibilmi ta ñi duguyequeum, non des illi cauſam, materiam murmurandi.

ñùtamcagen ta mi ladcùn v. ladcúel quiñe nemel mo ta mi pibin, mihi fuit narratum, relatum, nunciatum, te ægre moleſteque tuliſſe verbum, quod tibi fuit a me dictum, quod illo verbo graviter fueris offenſus, commotus, perculſus, nec te injuriam diſſimulare, aut dolorem premere potuiſſe.

Ladcùnman ta ñi piuque, in magnum luctum incidi, mœrore ac triſtitia afficior.

Tùyùbin, perhumaniter, porrecta fronte, hilari vultu, comiter illum excepi, lætitia affeci, obviis ulnis accepi, complexus ſum.

gú*mancupan*, flens adſum, vicem meam lugens, caſum deplorans.

Huiflu ta ñi duam tùyùtipai, huifnolu ladcùquei, prout ipſe acceptus eſt, ita hoſpitium laudat aut damnat unusquisque.

Tepean pilai ladcùn piuque, non eſt conveniens luctibus ille color, oderunt hilares triſtem, triſtesque jucundum.

Qùintuìauquehuimi ta mi tùyùahun v. ta mi tùyùahuel ta mi chao ta ñi acutun mo, velles celebrare adventum tui patris.

LLadcúpraquilmi, modum lugendi fac, parce lacrymis nihil profuturis, noli ſine cauſa lacrymis aſſiduis confici, contabeſcere.

Ladcùpan, ad lugendum, ad luctum venio, ad domum luctus.

Ladcùn uùtaian, iter faciam triſtis.

Ladcùquen ta ñi chao ñi lan mo, ex parentis morte in luctum incidi.

Ladcùquen ta ñi piuque mo v. ladcúpiuquen v. ladcùquei ñi piuque inche, doleo ex corde, ex animo, ex intimis præcordiis pœnitet.

Huerag̃ei ta mi ladcùn, ta mi ladcúal, male facis lugendo, ne animum des mœrori, animum a luctu recipe, abſtine, revoca.

G̃úma utun, redeo, revertor plorans.

ùllcu conpai, intravit iratus, ira commotus, incitatus, percitus, incenſus, inflammatus.

Dug̃uquei ñi ladcún, has voces dolor mihi exprimit, præ triſtitia ac mœrore in hæc verba erumpo.

Ladcùn, ladcúnquechi, ladcúg̃echi tipai, eſt egreſſus mœrore affectus & triſtitia.

Pratulihuen g̃epai v. pratulihuenquechi v. pratulihuequechi, venit ſuſpirans, ſuſpirium ab imo trahens.

Ladcùn ella que dgu mo, adverſa mihi dolorem, luctumque extorquent.

Aldùcutancayecupan, multa mihi in via fuerunt toleranda, magnos ſuſtinui labores.

Aldùladcúnyecupan, feci iter triſtis, mœſtus, tetricus, melancholicus.

Bùrenien mai, *daquieli chai*, *chachai*, miſereat te mei, meam vicem dole, mei miſericordia tangere, nec me oppugnes, vexes, exagites velim, rogo, obſecro.

Marichi bùrenielaiaeimi, nunquam tui miſerebor, te miſerum, aut vitam tuam acerbam putabo.

Duam gen, *quinei ta ni duam*, habeo quod dicam, petam, negotium quod tractem, opus eſt mihi te convento.

Caletui ta ni piuque, *ni duam*, *unoduamn*, a ſententia mea diſcedo, ſententiam muto, revoco, conſilium abjicio, incepto deſiſto, calculum reduco.

Unoduamn, *cutanduamn ta ni huerilcan ni ola*, doleo de peccatis meis, pœnitet me meorum delictorum.

Eluquebige v. eluquellebige ta ni cutanduamqueum v. ta ni cutanduamam huerilcan mo, propone, explica illi motiva doloris vel eliciendi actus contritionis de peccatis.

Adi eimi mo ta mi huerilcan genon, decet te vitæ puritas.

Yehueeimi, pudet me tui.

Cho-

Chovùquelain ta in raquiabiel ta in putem, non nos piget majores noſtros venerari.

489. Flagitia, quæ vitiorum, cupiditatumque effrenatarum effectus ſunt.

Nimio ſtudio in aliquem inclinare, nimis ſtudioſe alicui favere, plus juſto illi tribuere, plus quam par eſt illi deferre, præter modum alicui ſtudere, omnia illius cauſa velle, *nielduamn*, *aiùpran*, *ampelpran*. Blanditiis, pulchritudine aliquem ad ſui amorem allicere, pellicere, trahere, excitare, lenociniis ſibi amorem alicujus conciliare, capi alicujus amore, allici, incendi, flagrare, *nualcan*, *mallûen pin*. Rem turpem, inhoneſtam, obſcœnam, flagitioſam committere, *nuanpen*. Mulieris pudicitiam tentare, ſollicitare, fœminam ad concubitum aut inconceſſam venerem allicere, de ſtupro appellare, *mallûen pin*. Libido, effrenata cupiditas, aliquid vehementius appetere, concupiſcere, *apin*, *apill*, *apilln*, *huitorcùn*. Luſtror, ſcortor, lubricam & præcipitem vitiorum viam perſequi, *nuamiaun*. Corporis quæſtum facere, *huedquintun*, *huedemtun*. Virginem violare, vitiare, corrumpere, pudicitiam illi eripere, vim & ſtuprum inferre, *mallûentun*, *huemallûentun*, *hue mallûen entun*. Vim fœminæ afferre, inferre, virginem per vim comprimere, vitiare,

nùntun.

núntun. Fornicari, *mún, peancan.* Amicus ab honeſto deflectens, item, amica, amaſia, *unam.* Uterque, *unambuen.* Concubinæ aut pellicis amore captus, concubinatu infamis, concubinarium eſſe, *unamtun.* Eſſe fornicarium, fornicariam, *unamtuiaun, mùvoe.* Ad turpitudinem commota, concitata, *nancan.* Pellex, concubina, *gapi.* Publica meretrix, proſtituta, vulgare ſcortum, *nua, mugevoe, cridomoche, nùllvoe domo.* Adulter, mœchus, ſubſeſſor alieni ma-rimonii, *damen, damentun.* Saltum, ſylvam, nemora, latebras quærere, *dúni* Nocu ad turpia domo exiens, *umanchun.* Sodomia, præpoſtera libido, *hueiú, hueye.* llam committere, *hueyetun.* Cum puella em habere, *úllchatun.*

490. Ludo, colludo, inquietare, turbas dare, *aucan.* Jocor, nugari, nugas agere, oco aliquid dicere, jocis in alios ludere, cavillari cum aliquo, *vucheun, vucheucan.* Dare philtrum, poculum amatorium, *maichún, naichútun* Clanculum jungere, convocare, *apmn* Dare mandata alicui ad aliquem, *ludugun.* Mandata ferre, perferre, *yedujún.* Referre, exponere, *entudugun* Nuibus amorem mutuum declarare, deſiderii ut voluntatis ſuæ ſignum dare, oſtendere, *gdiſcùn.* Dare in malum finem, timeo Da-

 naos,

naos vel dona ferentes, *bueſcùmtun*, *medan*. Cognoſcere carnaliter mulierem, exercere copulam actu, *chiquin. 701.* Modeſtius, *vúln*, *vln*, *vúltun 688.* Reſiſto, obſiſto, repugno, conatibus alicujus occurrere, ſe opponere, impetum ejus reprimere, audaciam frangere, contradicere, *cochimn.* Fugio, fugam arripere, capeſſere, ſe in fugam conjicere, fugæ ſe mandare, commendare, ſe fugæ v. in fugam dare, fuga ſibi conſulere, aufugere, *nulln.* Laſcivio, attrectare aliquem, ſe invicem attrectare, petulanter colludere, *mtatun.* Factis turpibus gloriari, ſe de voluptatibus jactare, glorioſe ſibi de flagitiis blandiri, *dallian.* Errare, peccare, *rulmen*, *crin.* Ita in anguſtiis hærere, ut nec progredi nec regredi poſſis, item, ita defatigari, ut vocem, loquelam amittas, *mrin.*

491. Exempla. *Vai ni mollvùn*, calet, fervet ipſi ſanguis.

Aiùpran mo entumallebi ta ni ge quidu ta ni votm, ſummo amore damnum illi maximum intulit.

Pevmabin, vidi illum per quietem, per quietem mihi viſus eſt, dormienti objecta mihi eſt ipſius imago.

no aiùvali ta DIOS, DEUS O. M. ſupra modum eſt amabilis, ſupra omnia diligendus.

Ma-

Marichi aiúlan, nolo, nullo modo, nequaquam, minime, nullatenus.

Marichi lali rume, *Patiru ɡetulaian*, citius me vita exuent, quam religioſa veſte induar.

Ta mn prquechi aiùbiel Tue tu dɡu! O cœcas hominum mentes & cœleſtium inanes, non ſordet terra, dum cœlum aſpicitis?

Rupal dɡu ɡechi aiùquebin, non eſt mortale quod opto.

Huiſi ta ni duam, jam voti compos ſum, quod quærebam inveni.

Deuma ta mi pemom v. mi pemobium v. mi pebin v. mi pebiel, *tepen amotun*, poſtquam te vidi, libens abeo.

Unamtuiauquei, eſt concubinarius, fornicator, turpibus aſſuetus.

Llumquechi v. elcaɡechi nuaiauquei, clam, clanculum ſe ſceleribus aſtringit, polluit, caute quidem, ſed non caſte.

Elcaɡechi ta ni chao mo, *v. quimnolu ni chao*, *v. ni quimnoel ta ni chao*, *tipatui v. tipapatui*, exiit patre inſcio.

Deuma ta ni nuapemom, *ina tpuɡequei*, amor in odium converſus, poſt cornua verbera.

Glamun ni buevilcan mo, me facti pœnitet, egomet me de meo ſcelere reprehendo.

Udalei ta ni piuque, doleo ex toto corde.

guman gei vachi dgu, dolendum, prô do lor, res ſanguineis lacrymis jure merito de ploranda.

Regùmatuqueimi, lacrymis aſſiduis confi ceris, contabeſcis.

Nochicage, manum cohibe, animo impe ra, furorem, iram, &c. ſuſtine.

naûpape ta mi piuque, quieſce, conquieſ ce, ad tranquillitatem animi redi.

nopinuvalai, vitioſam ſuam naturam do mare, caſtigare, comprimere, pravum in genium ſuum corrigere neſcit, non didicit

432. PARS TERTIA.

DE CIVITATE EJUSQUE PARTIBUS.

Terra, tellus, humus, *mapu.* Cælum, cœlum, cœli, *Huenu mapu.* Terra, orbis terrarum, *Tue mapu, vachi mapu.* Mundus, mundi univerſitas, univerſa rerum natura, cælum & quidquid cæli ambitu continetur, *vill mapu.* Hiſpania, *Huinca mapu.* Mauritania, Anglia, Gallia, Germania & reliqua Regna omnia & ſingula, *Muru Huinca mapu.* Provincia, Regio, *udan v. vutan mapu.* Civitas, oppidum, caſtellum, pagus, arx, *cara, vùta cara, pichi cara.* Urbem condere, *caran* Deſtruere, exſcindere, evertere, vaſtare, delere, diruere, excidere,

dere, *entucaran.* Locus ubi Troja, urbs, &c. fuit, *carabue.* Vicus, pagus, *pichi cara.* Miſſio ſanctæ Fidei, *ſanta Feè mapu.* Reductio, Converſio Tucapelina, Araucana, *Tucapel mapu*, *Arauco mapu.* Littus, ora maritima, *lafquen mapu.* Sinus, fundula, *tùhuer*, *gion mapu.* Uſus, conſuetudo, mos loci, *ad mapu.* Dominus, poſſeſſor terræ, *gen mapu.* Se loci moribus accommodare, *mapun.* Solum vertere, alio migrare, commigrare, ſedem, domicilium mutare, *mapuutun.* Domus, domicilium, ædes, *ruca.* Via, trames, platea, callis, *rpuú*, *rúpu.* Viam capere, captare, *rputun.* Viam ire, *rúpun*, *rpun.* Via arenaria, *cuyùm rpu.* Via recta, *huif rpu.* Bivium, *epu rpu.* Trivium, *caql rpu*, Via arcta, anguſta, *úped rpu.* Limes, confinium, *qcham*, *v. afmen mapu.* Deſertum, ſolitudo, *ubue.* Locus ab arbitris liber, remotus ab omni turba, *mlenobue.* Regio meridiem verſus, *Hillù*, *builù mapu.* 746. Incolæ, *Huillúche.* Verſus Septentrionem, *Picu mapu.* 746. Montes Andes, *Pire mapu*, *pire mahuida.* Horum montium incolæ, *PehuenChe.* Indus transmontanus, *Puelche.* Cis montanus, *Lelvun mapu che.* Mons, *mahuida.* Collis, *pichi mahuida.* Collis perpetuus, *butvolen.* Montes in quibus Majores ſuos, aiunt, diluvium evaſiſſe, *tegteg.* Terra peregrinorum, viatorum,

torum, *uútan mapu.* Alia, diverſa terra, *udan v. uùdan mapu.* Finis, extremitas, ultimum, extremum, culmen, vertex, cacumen, ſupercilium, calx, *buechun.* Apricus locus, *nùcúmgelu.* Specus, ſpelunca, antrum, ſpelæum, *renú.* Regio in novem Regiones ſubdiviſa, *ailla Rehue.* unde *meli-Rehue, Quechurehue.* Conciliabulum v. convocatio Machiorum, Machios advocare, convocare, *Rehuetun, geicurehue.* Conditores, Fundatores, Expugnatores, qui primi urbes condiderunt, gentes debellarunt, armis ſubegerunt, in ditionem ac poteſtatem ſuam redegerunt, *llin mapu.*

493. Patria, natale ſolum, *maputu, huim*. Patriota, quibus eſt communis Patria, *maputu Che.* Recta tendere, recta ad forum, templum, curiam, &c. tendit, *huiſiaun, huiſcontun, rito, ritolen, ritoclen.* Aberrare a via, *crù iaun, bueluln, nuin, gun.* Deflecto, hic de via deflectere debemus, *chiean.* Circumeo, per circuitum iter facere, præſtat per diſpendium ire, quam compendio perire, *ollon, huaichiſn.* Ambio, circumdo, cingo, *ollon.* Ambitus, circuitus, anfractus, obſidio, *ollol, huaichif, buaidùf.* Erro, in errorem labi, delabi, incidere, deferri, errore capi, duci, a recto tramite deflectere, declinare, *crin, crún.* Viam docere,

re, indicare, oſtendere, *dallquin.* Viam monſtrare, ducem ſe præbere, *giuln.* Ad latus tranſire, *quineple rupan.* Venio, pervenio, devenio, *acun.* Diverſor, diverto, hoſpitium, diverſorium, *elun* orbis, circulus, *tùhuer.* Circulum deſcribere, in orbem ſtare, *tùhuern*, *tùhuerclen.* Ora, margo, limbus, *úpl.* Diſcedere, egredi, ſe ſubducere, *tuun.* Caſu occurrere alicui, aliquem offendere, in illum incidere, *tafentun.* Alio migrare, *ca maputun.* In aliam domum immigrare, *ca rucatun.* Iter facere, tendere, pergere contendere aliquo, *uùtau*, *utan.* Viator, hoſpes, peregrinus, *uútanche.* *849.* Divido, dividi, diſtinguere, diſtingui, ſeparare, ſeparari, *uùdan.* Ambulo, gradior, ingredior, gradum facere, *amon.* Redeo, reverto, revertor, remigro, remeo, repeto, reſtituo, *unon*, *unotun.* Ut redeat, reſtituat efficere, *unoln.* Reſtitutio, reſtituo, *unoltun* *847.* Circumeo, vagor, vagum errare, *hualln*, *huallìaun.* In circuitu, *huall.* Sepio, vallo, circumdo, urbem obſidere, obſeſſam tenere, obſidione cingere, premere, corona urbem claudere, ſepire militum copiis, *huallman.* Aſſueſco, conſueſco, inſueſco, dare ſe in conſuetudinem, *huimn.* Finire, finis, terminus, extremum, hic finem facit, *buechuntun.*

494. Exempla. *Chili*, *Chilli*, *Chile* Regnum Chilenſe in America meridionali, quod incipit in *Copiapo* ſub gradu 28 latitudinis meridionalis, ubi dividitur a Regno Peruviano, & protenditur Baldiviam ſub gradu 40 ejusdem latitudinis, & ultra. Huc pertinet *Chiloe* Inſula, & plures aliæ ſub gradu 44 & ultra. Item Provincia Cuyana ubi Mendoza ſub gradu 32. v. 850.

Vill mapu ni *cùllin* ni *vla no*, *DIOS* ni *vla mtn*, Chili *mapu mo unomean*, pro toto mundo in Chilim non ibo ſecundo: Proque Deo ſolo ſemper adire volo. 1775. anno meæ ætatis 62. Coloniæ Agrippinæ.

Indi Chilenſes vocantur *Reche*, *Chili v. Chilli Che*. *698*.

Notandum diſcrimen inter Indos & Indianos, nam hi ſunt quidem nati in India, ſed a parentibus Europæis, vel ſaltem ab illis oriundi, & plerique ab Hiſpanis: Indi autem ſunt prognati & oriundi a meris Americanis.

Meli vútan v. uúdan mapu ǥ*ei*, Terræ Indorum dividuntur in quatuor diverſas grandes Regiones v. Provincias:

Lafquen vútan mapu, Terræ mari adjacentes.

*Ra*ǥ*itun vútan mapu*, dimidia pars terræ planæ, ſita inter terras mari adjacentes, & alteram dimidiam partem, quæ vocatur

Ina

Ina pire vútan mapu, Terra plana vicina montibus perpetua nive coopertis, denique quarta Provincia eſt

Pire vùtan mapu, montes Andes ſemper operti nive. 850

Cacùl vútan mapu, Commercium, conſuetudo, familiaritas, communicatio, amicitia, &c. quibus utuntur invicem Indi harum quatuor Provinciarum.

Unomen mapu mo, redeo, ſum redux e terris Indorum.

ğemen cara mo, eo v. ivi ad civitatem.

Mlequen ruca mo, ſum domi, domi me contineo, intra domeſticos parietes.

Rupaian leuvu mo, tranſibo, trajiciam fluvium.

Uan Arauco mo, eo v. ibo Araucum.

Miaullen Huaiquilafquen, *tuutun millavùdú mo*, ivi ad Huaiquilaf, unde redux ſalutavi Millavúdum.

Utuan pu ruca, eo, ibo, redibo, revertar domum.

Aldúnman v. aldunmamen Penco v. Penco mo, cunctantius egi, diutius moratus ſum, moram feci in urbe Conceptionis.

Pichinmapan, venio moraturus pauliſper, non traham, non nectam moras, poſt biduum, triduum, quatriduum iterum me viæ, itineri committam.

Huinamtuquen ca mapu v. ca rucatuu, alio

alio migro, ſedem, domicilium muto.

Vill che ta ni mlen mo, gellei cutancaquechi mogen, quo quo te vertas, omnia plena malis.

Cùmelèchi che ta ni mapu mo, ca mapu em! pilai, aliena non deſiderat, ſorte ſua contentus, cui domi ſuæ bene eſt, domi ſuæ ſe continet.

Mapu em! o natale ſolum! ſed quis me transferet illuc?

Lafquen puhuentu inche, mea Patria oræ maritimæ adjacet.

Cupachi Che Porem meu, quidam Poremâ adeſt.

Inche cautùn che vemabun? ego Imperialinus hoc facerem?

Cuivi pu cara mo Villarica cara marichi iod cúme comùtun gebui, ex priſcis civitatibus erat oculis gratiſſima urbis divitis ſeu Villaricæ amœnitas, ſita erat ad proſpectum pulcherrimum, eo ſitu gaudebat, eo loco conſtructa erat, ut undique aut nemoris proſpectu, aut hortis amœniſſimis & grata agrorum varietate delectaret.

Teye huentu rupai, inche llechi, ego ſum, qui hac tranſiit.

Chumgei ta mi miaun, quid tu hic, quid agis, quid hic circumſpicis.

Chuchi v. inei cam ualu, iturus quis? ubi eſt?

Chuchi

Chuchi rpu, ubi eſt via, quo ducit? qua itur? an eſt lata, anguſta, trita, æquabilis, num anfractus, ſalebræ, ſuntne viæ flexus ad dextram, ad ſiniſtram, lævam: eſtne recta, publica, prætoria, militaris, danturne ſemitæ & diverticula?

Rito ucai vachi rpu, recta ducit hæc via.

Hueragei veichi rpu em! viam ſuſcepiſti ſatis incomodam, in viam ſatis difficilem te dediſti, laborioſam viam ingreſſus, aggreſſus es, plenam difficultatibus viam iniviſti, iniſti.

g*bi rpu*, via evanuit, e conſpectu ſe proripuit, ex oculis evolavit, aditum non video, nec invenio exitum.

Teye rpu ta in cupamoabum, En viam, quam captare, qua ingredi, proficiſci debuiſſemus.

RamtuChelu ta ni *utangen mo*, ni*ulai*, iter ut teneas, linguam habes.

Aldùn amoimi munan antú mo, longiſſimam brevi tempore viam confeciſti, percurriſti.

ni *amoum v. amolu inche*, dum v. interea temporis quo iter facio.

Va mo ula udapabin, hic, in hoc loco ſumus digreſſi, disjuncti, ſeparati, hoc ipſo in loco diſceſſimus, ab eo ſum divulſus, moleſte tuli a complexu ejus diſtrahi.

Taſtulabin, non incidi in illum, illum non reperi, offendi.

Hue-

Huelulhin, non vidi illum, uterque aliam ingreſſus eſt viam.

Vaple miauqueam, huc, horſum veniunt.

Pirpualin, dicam obiter, in via, in itinere narrabo.

Irpuain, comedemus in itinere, v. ibimus, tranſibimus ad prandium, cœnam, &c. v. faciemus iter & eadem opera comedemus.

Verpuaeneu, in via, itinere diſcedet, & ad me equo, curru, rheda avehendum, aſportandum veniet.

Dugulrputuabimi, redux illi obiter loqueris, v. in via, in itinere eum obiter inviſes.

Quinenple co rupage, deflecte non nihil ab aqua.

Chumin pu mlei Mapuchu? quantum diſtat, quam longe v. procul abeſt urbs Jacobopolis Regni Chilenſis Metropolis ad fluvium *Mapuchu* ſita.

P chi pu mlei Pire Mahuida, montes Andes non longo hinc intervallo diſtant.

Quintuquen ta ni eluam v. elual, hoſpitium, diverſorium quæro.

Elun eluain, diverſabimur ubi facultas dabitur.

Vebige mencun ta ni elupuam mo, fer, perfer, porta, vehe, advehe ſarcinas, impedimenta ad hoſpitium, ad diverſorium.

Miauchelai va meu, deſertum hoc & ſolitudo eſt.

Cheu

Cheu ùnmaimi, ubi noctem tranſegiſti, duxiſti, traduxiſti.

Che miauquei, ſentio homines, homines percipio.

Amoain v. amoan pign, dixerunt ſe venturos.

Pepi ulaian piai, dicet ſe venire non poſſe.

Veula amocaquen v. ni amocaquen, prima vice iter facio, ſuſcipio, itineri, viæ me committo.

Iod cùmeabui ta ni utuabuel, ta ni mlecatuabuel mo, præſtat me ire, quam manere hic.

Adochi, expecta pauliſper, parumper, aliquantulum.

Quine naû gei v. naûal v. naûel, en deſcenſum, deſcendendum eſt.

Tva ta ni epu naû, jam bis deſcendi.

Tva ta ni quine naûn, hæ ſunt primæ vices, quod deſcendam.

Nacmn, demitto, alium demittere.

gepai mapu mo ta ni vaquigeam pu ulmen mo, ingreſſus eſt Provinciam, ut a Caciquis dona honoreſque referret.

Lapai Chili mapu mo, in Chilim moriturus advenit.

Inche ni tuumom v. tuuuyen mo; v. tuuuytum v inche ni tuuuyeel mo v. inche tuuuyen, eimi mlecatuimi, cum ego abirem, v. me abeunte, tu manſiſti.

Anù

Anùpatirupai, Patres veniunt hic habituri domicilium, ſedem hic conſtituunt, collocant, figunt.

Vill vemgei, vill vemgeign, vill vemgein: quine trn inchin, ſi quis Pariſios indoctum mittit aſellum, qui fuit hic aſinus, non ibi fiet equus.

Vill mapu gequei ta ni ad, ſi fueris Romæ Romano vivito more; ſi fueris alibi, vivito ſicut ibi: non erit illuſus faciens ſicut obtinet uſus.

Cùme miaun, habui (Laus Deo) iter fauſtum & felix.

Ipan, v. iputun ta ni ruca mo, veni, perveni, adveni domum hora prandii.

Uali Chillan, yumvel ipuan, profecturus Chillanum yumbeli prandebo.

Mapu mapu iaun, ex alia in aliam Regionem migrare, proficiſci, vagari.

Mivú antù mo uútaiaimi, intra quot tempus, dies iter inſtitues.

Anúpai vachi mapu mo, venit ſedem hic fixurus.

Abue cupatuabui? tam cito rediret?

Aretuyecupan cabuellu, ſum advectus equis meritoriis.

Aldùcutancaiecupan, iter habui incommodum & laborioſum.

Anca unomei, regreſſus eſt dimidio itinere jam confecto.

495.

495. CAPUT I.
DE INCOLIS CIVITATIS. ÆTATIS DIFFERENTIA.

Infans, recens natus, *llud pnen*, *hue pnen.* Pupus, infans, puſio, parvulus, *pichi pnen.* Puer, *pnen.* 811. *huilteu.* Juvenis, *hueni.* Adoleſcens, *hue che*, *huentu*, *cona.* Vir perfectæ, corroboratæ, confirmatæ ætatis, *ragin huentu.* Vir major natu; ætate provectus, *teu*, *v. teu huentu.* Vir grandior, ætate ingraveſcente, *tem.* Senior, affecta ætate, in ſenium vergens, *allue tem*, *allue vùcha.* Senex, *vùcha 689.* Senex ætate confectus, *úmein.* Senex ætatis extremæ, decrepitæ, *úchùſpun.* Pupa, infantula, *pnen.* Puella, virguncula, *úllcha.* 853. Adoleſcentula, *ùllcha*, *hue mallûen.* Puella adoleſcentula, *mallûen.* 772. Virgo nubilis, viripotens, matura viro, & nuptiis tempeſtiva, *hue domoche.* Fœmina, mulier, *domo.* Vetula, *tem*, *tehu v. teu domo.* Anus, *cuse*, *cuye*, *cude.* 710. Decrepita, *pl pl*, *templcahue.* 837. Majores, *cuivi che*, *unen me*, *putem.* Poſteritas, ſtirps, genus, *elpa.* Conditores, fundatores, truncus, *lin*, *ttin mapu.*

496. Eſſe, exiſtere, naſcor, edor in lucem. *gen.* Dare exiſtentiam, *geln.* Dare eſſe humanum, facere hominem, *chen*, *cheln* 203. Reſurgere, ad id, quod erat, redire, *getun.*

Naſci

Naſci, vitam ingredi, ſpiritum de cælo hau-rire, vitæ limen attingere, item: herbas erumpere, *lleún*, *lleûn*. Vivo, vitam agere, degere, ſpiritum ducere, *mogen*, *lihuen*. Genero, gigno, *yalln*, *votmn*. A patre genitus, *yall*. Pario, enitor, fœtum in lucem edere, gignere, procreare, liberos ſuſcipere, *coṅin*. Virum conſummare actum venereum, *elmen*. Mulierem, *elgen*. 490. Prægnantem, gravidam, fœtam eſſe, parturire, *vuquigen*. Facere abortum, fœtum immaturum edere, *lludcún*. Abortivus, immature editus, *llud*. Partum medicamentis abigere, abjicere, accelerare, *lludcùmn*. Secundæ, ſecundinæ, *cùclin*, *cdin*. Sugo, lac ex mammis ore elicere, haurire, *moyun*. Lactens, *moyulu*. Infantem lactare, uberibus admovere, *moyuln*. Lactans, *moyulquelu*. Paſcere, alere, educare, *temmùnn*. Nomen, *uúi*, *uûi*. Nomino, ſuo nomine aliquem appellare, vocare, nomen ejus enunciare, *uùin*. Nomen habere, ede tuum nomen, qui vocaris? *uùigen*, *uùitun*. Indere, facere alicui nomen, *uúiln*. Creſco, adoleſco, *temn*. Malum ſerpit, gliſcit, augeſcit, *ivùn*. Ætas perfecta, *teun*. Seneſcere, conſeneſcere virum, *vúcha yecuùmen*, *vùchan*. Mulierem, *cuden*, *cuyeyecuumen*. Alo, paſco, ſuſtineo, ſuſtento, *mogeln*. Blandiſſime aliquem tractare, demulcere, ſuaviſ-

ſime

ſime appellare, benigniſſime habere, blandiri alicui, blanditias alicui adhibere, feſtivum & blandum ſe illi præbere, exhibere, *manpuùn*. Vagitum ſive fletum infantis demulcere, motu, cantu ſopire, lenire, *negùmn*. Uncinulis veſtem aſtringere, infibulare, *núcùrn*. Nudare, aperire pectus uncinis aut globulis ſolutis, diloricare veſtem, *entumoyun*, *entunùcùrn*. Effici ſicut parvulus, ſe ſubmittere, deſpicatui ſe habere, *pnencaun*, *picbilcaun*. Nutrix, *moyulvoe*. Altrix, *ilelve*. Doctrix, *quimelvoe*. Genus, progenies, familia, gens, ſtirps, claris ortus parentibus, avis, majoribus, nobili genere, ex illuſtri familia, clara ſtirpe, Regia progenie, clarus majorum imaginibus, *cúga*. 715. In meis inſigniis perdicem præfero, *ùdú pu huentu inchin v. inche*. Meum ſtemma, meum nobilitatis monumentum eſt a lapide, *inche cura pu huentu*, *cura inche ni cùga gei*.

497. Exempla. *mivù tipantu geimi*, *chumteni ta mi tipantu*, *chumtn tipantu geimi*, *nimi?* quem annum agis? quot annorum es? ùm ſexagenarius, ſexagenario major eſt, annos natus magis ſexaginta, vigeſimum annum ingreditur, attingit, init, vigeſimum annum ago, nondum explevi.

Deuma uùi elgei, jam inditum eſt ipſi

nomen, jam eſt baptiſmate initiatus, luſtrali aqua ablutus, ſacro fonte luſtratus.

Lùilen ta ni *votm*, filium meum baptismate expies velim.

*Inei pi*g*eimi?* quod eſt tibi nomen, qui vocaris?

*Pedro pi*g*en*, *Pedro ta* ni *uúi*, Petrus appellor, Petrus v. Petro mihi nomen eſt.

g*elai Chriſtiano*, *Chriſtiano* g*elan*, non ſum Chriſtianus, Chriſticola.

Inei Pedro ni *pi*g*en? cupaiai piam v. pi*g*ei:* g*elai piam*, quis vocatur Petrus? illum arceſſitum volunt, dicunt abeſſe.

Mtmlelen Liencura ta ni *votm Huenumi*ll*a pi*g*elu*, arceſſe, adduc, voca filium Liencuræ, qui Huenumilla appellatur.

*Uûintu*g*elai rume*, *pe*g*elupatui*, lupus in fabula, vix nominatus quando præſens.

*Vi*ll *d*g*u* g*elbi ta DIOS*, res univerſas Deus fecit, effecit, creavit, rerum omnium auctor & effector Deus eſt, a Deo cuncta profecta ſunt, ab uno Deo principium habent, originem trahunt.

ni *cheel tva*, hunc ego bonis moribus inſtruxi, liberalibus diſciplinis erudivi, honeſtis ac piis documentis formavi, imbui, informavi.

Chuchi nu*que mo* g*euyei tva venten huera*g*elu* unde hic abortus, hoc hominis monſtrum, hoc ſcelus?

Huente

Huente glam temlaimi, ne veſtigium quidem honeſtæ educationis in te apparet, omnis humanitatis & urbanitatis expers es.

Huente glam temmquebi ta ni puyall, liberos ſuos honeſte educat, liberaliter inſtituit, bonis moribus informat.

Yetupalu ta ni huera ad, *cùme che gepalai rume*, non procul a proprio ſtipite poma cadunt, qualis pater, talis filius, non abhorret a moribus matris filia.

Pnencaunolmn, *poulaiaimn huenu mapu mo*, niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.

Aldù gùmavoe gei pichique pnen, parvuli ſunt plorabundi, in fletu nimii.

Tva ta ni pnencaun, hæc ſunt mea puerilia oblectamenta, pueriles nugæ.

Tpugehuequile veichi pnen, ſatis ſuperque ſævitum eſt, non vapulet amplius iſte parvulus.

Abue tipanmalai ta ni voro pu pnen, pueris non ſtatim dentes erumpunt.

Ta mi conigemom cùtu nielleimi veichi cottu, a die natali, ab ipſo vitæ limine, ex quo vitam ingreſſus es, in lucem ſuſceptus, editus, ex quo lucis uſura frui cœpiſti, illo nævo tinctus es.

Quine huaranca, *relûe pataca*, *relûe mari*, *epu tipantu JESU Chriſto ta ni lleûmom*, ſalutis noſtræ anno, a Chriſti ortu, a partu

Virginis, a Chriſto nato, ab orbe redempto 1772.

Vemgebui veichi dgu, *inche buinoltubun*, id temporis, in illo tempore quadrupedis in modum ambulabam, nondum mihi puero rationis lumen affulſerat.

Amoge buera bueni, *uia ula conigeimi quimlcamoabuin*, apage, apage te, apage ſis ridicule! vix heri natus, nunc nos doceas.

Ta ni bueni tva, hic eſt mihi cordi, familiaritate amicitiaque conjunctus, ex meis intimis eſt.

Titi cani builteu! en nequitiam illius parvuli.

Ella que pu hueni *adtubign ta ni cùllpaituual*, pueri ſolent ſupplantare ſe invicem, & pede ſuppoſito ad terram impellere, dejicere.

Vachi pitu pitui chei ta ni vùchagen, in una ergo ſede morantur ſenectus & papulæ? a vitiis virtus, non grandior eximit ætas.

Vúchageprai, eſt ſenex capularis, decrepitus, ſenio & ætate confectus.

Menſura, menſio, dimenſio: metior, dimetior, *toquin*, *toquiln*. Decempeda, ulna, libra, modius, hemina, *toquiqueum*, *toquihue*. Caniſtrum medimni capax, medimnus, *ganhue*. Semimedimnus, *llepu*. Semimodius, *chaihue*. Sextarius, modii duodecima, *logo*. Vacerra, palus, vallus, *mtnqueel*, *mtncùhue*. Vacerram figere, infigere, *mtnquen*, *mtncùn*. Vallum, transverſa ſepimenta, palationem conficere, *mtnqueln*, *mtncùln*. Planum, æquum, planities, *tavùl*. Altum, profundum, *punun*. Eſſe diſtans, diſſitum, longinquum, *pulen*. Quouſque, *chumtn pu*. Uſque eo, uſque illuc, *venten pu*. Parum diſtans, non longe, non multum, haud procul abeſt, *pichi pu*. Valde diſtans, longe diſſitum; longinquitas; lon-

giſſime

giſſime abeſſe, *aldú pu*, *devupu.* Nec valde procul, nec nimis prope, mediocriter diſtans, *munan pu.* perge, progredere, *amuge.* Paulo, paululum, parum, non nihil, *pichi puel*, *pichi con.* Amplius, *iom puel*, *iom con.* Paulo plus, *pichi iom puel*, *pichi iom con.* Procerus, homo excelſa ſtatura, prolixo corpore, *devu*, *vùta.* Parvus, exiguus, brevis, modicus, *pichi.* Longus, *vùta.* Profundus, altus, ut altus eſt puteus, *vùta coni*, *devu coni.* Latus; quam late patet? quantum habet latitudinis, quantum patet in latitudinem? laxa mihi eſt & ſinuoſa veſtis, *vúta rumei. 288 : 20.* Arctus, anguſtus, *pichi rumei.* Craſſus, tabula craſſa eſt tres digitos, *rugei. 825.* Denſus, ſpiſſus, condenſus, *pdi.* Compreſſus, conſtipatus, *togei.* Criſpus, criſpulus, *tinti.* Rarum, non compreſſum, *cùlincui*, *ulpivi.* Solidum, firmum, ſtabile, duraturum, *rumelu*, *vúni. 688. alca.* Plus eſſe, *iod gen.* Tantundem, alterum tantum, *ca venten.* Bis tantum, ter tantum, &c. *epu vanten*, *cùla &c.* Paulo minus, *iod pichi.* Paulo plus, amplius, magis, *pichi iod.* Longe minus, *aldu iod pichù.* Ordo, ſeries, linea, porticus, continuus & longus parietis ductus, *huif.* Longo ordine alium poſt vel proxime alium ſtare, procedere, &c. *huifn. huipdn*, *huipdclen.* Longo ordine ducere, *huifyen*, *huipdyen.*

huipdyen. Rectum, directum, *nor.* Sic eſſe, ſtare, *norn.* Rectum, directum ponere, efficere, *norln*, *normn.* Rotundum, globoſum, integrum, cui nihil abeſt, vel nihil eſt imminutum, *moncoll.* Inſtar globi, *temvúl.* Orbis, circus, circulus, *chinql.* Æqualis, *nûau*, *túr*, *tr. 843.*

555. Leuca, tria paſſuum millia, tria milliaria; tertius lapis, *tupu. 833.* Unam, duas leucas diſtat; ad tertium, ad ſextum lapidem abeſt; ad tertium, ad ſextum milliarium, *quine tupun*, *epu tupnn*, &c. Ulna, *nùfcú.* Metior ulnâ, *nùfcùtun.* Paſſus, *tecan. 837.* Stadium, *quine pataca*, *epu mari*, *quechu tecan.* Ire, procedere, *tecan.* Milliarium, *huaranca tecan.* Lente procedere, *nochi*, *manchaquechi tecan.* teſtudineo gradu incedere, *aldún manchaquechi miaun.* Paſſum producere, gradum grandiorem facere, *cúme tecan*, *vúta tecan*, *matun.* Gradum ſiſtere, continere, ſuſtinere, *adochi.* Palmus, *rula.* Palmo metior, dimetior, *rulan*, *rulatun.* Digitus, *quine chagl.* Lichas adis, ſemipes, *duque.* Pugnus, *rúna.* Pugno legere, colligere, diſpergere, accipere, *runatun*, *choqueln.* Utraque manu accipere, *tùnan.* Quod vel quantum ambabus manibus auferri poteſt, *túna.* Quantum pugnus capit, *quine nún*, *chocol*, *choql*,

choql, *choquel*. Pes, *namun*. Statura hominis, *vutan*, *vutanche*. Altus eſt puteus pedes ſex & triginta, *cayu vutanche devu coni*. Limes, terminus, *cuel* Supra, ſuperius, ſurſum, ſuperne, ſupernus, *buenu*.742. Stare ſupra, ſurſum contendere, ſuperius aſcendere, *buenun*. Supra collocare, *buenuln*. Superne: lapides ſuperne conjecti ſunt, *buenutu*. Supra, ſuper, *buente*. 741. Superſtare, imminere ejus cervicibus, habere omnia ſuperiora, *buenten*. Impono, *buenteln*. Infra, *nau*, *naû*. 788. Infra, ſub, ſubter, *minche*. 779. Subeſſe: nos infra ſe habet; ſubditi illi ſumus, in ejus, ſub ejus poteſtate ſumus, *minchen*, *minchelen*. Intus, intro, *minu*, *puminu*. Introrſum, *minutu*. Extra, foris v. foras, *buecun*. Foris, deforis, forinſecus, extrinſecus, *buecuntu*. Huc, huc adeſto, *vau*, *vau mo*, *va meu*. Iſtuc iter mihi eſt; iſtic eſt, illuc accede, recede a me, *teyeu*. 831. *teye mo*.

556. Exempla. *Epu tonco murque*, duo farinæ toſtæ catini.

Cùla nún ptm, ter quantum pugnus capit tabaci.

Ta in conigen quine tecan rume pulelai ta in eltun mo, cunæ & ſepulchrum, incunabula & ſepultura vix paſſu diſtant.

úcan antù mo quine uùnman gelai Voroe

mo

mo Tolten cùtu, in æſtate Boroa Tolteno vix diſtat diei unius itinere.

Cúla ùunman ŋ*ei Puren mo Penco cùtu*, Purenum ab urbe Conceptionis v. Pencopoli abeſt quatridui itinere. NB. quatridui non tridui; ſic enim vult jubetque vocis *uúnman 848.* ſignificatio: nam aliter res ſe habent in Chilenſi Regno, ubi plerumque noctu, præſertim ab Indis, iter conficitur, & eſt ibi plerumque nox ſerena & amœna: ſic

Aiḻḻa pun ŋ*ei*, eſt iter decidui, ſeu dierum omnino decem. 296: 5.

Cùlachi uúnmarpúaimi, quatridui moram facies.

Chumtn pu mlei mapuchu? quantum diſtat Jacobopolis Metropolis Regni Chilenſis.

Pichi pu mlei pire Mahuida, Montes Andes non longe abſunt.

Chumtn tupui, *chumtn tupu* ŋ*ei*, *mivu tupu* ŋ*ei v. lei*, quot leucæ numerantur.

Quiñe pichi tupulei, *muna pulei*, *munachi tupulei*, una parva leuca.

Quiñe tupui, *meli tupu*ŋ*ei*, *cayu tupulei*, *llaù tupui*, una, quatuor, ſex leucæ, leucæ dimidium.

Vene quiñe vutan iod prai llame mo, Ballena ſtaturâ hominis major eſt lupo marino.

*Iodn quiñe cha*ŋ*ll*, digito procerior ſum.

Iod pichimi quiñe rula, es minor palmo.

Vu-

Vutangeprai, nimium procerus eſt: homines non proceritate corporis, ſed robore, virtute, & animi præſtantia metimur.

Quine vara panu, ulna panni.

Iom quine vara, una ulna amplius, inſuper, præterea.

Iom v. iod quine vara mo, plus quam una ulna.

Genochi quine vara, iod pichi quine vara mo, minus quam una ulna.

Cuù toquitun, manu metior.

Chagll toquin, dimetior digitis.

Pichi devupe ta ni eluabin, cedo mihi illius, quod mihi es daturus menſuram bonam, abundantem, ſupereffluentem.

Pichi iodpe, quine mari mari, da auctariolum, additamentum aliquod: amori noſtro hoc indulgeas, ut pluſculum, quam par eſt, largiaris.

Quine tupuhuei, leuca ſupereſt.

Quine tupuhuelai, non reſtat leuca.

Pichinma mlei ta ni ruca Igleſia mo, mea domus haud procul diſtat a templo.

Veula pu llei, hic latet vis, anguis in herba.

Vei ni pun, eccum, hic eſt.

Deulai, deumagelai, huechuntugelai, ancaknogei, eſt opus imperfectum, deeſt dimidia pars.

Pu mlei, intus eſt.

Pu coni, intro ſe abduxit, conjecit.

Aldù rumelu v. rumei, valde craſſus, corpolentus, obeſus, corpore amplo, ingens corpulentia, corporis amplitudo, craſſitudo.

Pichi rumelu, exigua craſſitudo.

Muna rumelu, amplitudo mediocris.

Chumteni veichi mamll, quam longum, craſſum, ſolidum eſt iſtud lignum.

Mu vutai, longiſſimum.

Mu rumei, craſſiſſimum.

Chumtn vutani? quam longum, quam altum?

Vanten vutani, tam longum.

Ancaple lei, dimidium ſolum ſupereſt.

Iod ancaple coni, non reſtat dimidium, minus dimidio ſuperat.

Luan cura curam venteni v. curam venteni luan cura, lapis beſar ovo magnitudine non eſt inferior.

Minche ecull, ſub veſte.

Mleimi mo, ibi, ubi nunc ſtas; in eodem, in quo conſiſtis loco.

Rupaimi mo, ubi tranſiviſti.

Umautumeaimi mo, ubi cubitum ibis.

Tecatcun, ſeminare, quæ petunt invicem diſtare paſſu, v. aliud ab alio. 356. 544. 539.

557 Nautica, Navicularia.

Navis, navigium, *huampu*. Navicula, *pichi huampu*. Navem conſtruere: navigo, ena-

enavigo, velifico: vela ventis dare, navigationi, mari ſe committere, *huamputun*. Ratis, *tagi*. Lembus, ſcapha, *dallca*. Prora, *lonco huampu*. Puppis, *nudo huampu*. Clavus, gubernaculum, *toquihuampuqueum*. Remus, *cahue*. Contus, pertica, *edpeque*, *ritocahue*. Anchora, ancora, *gtùniehuampuqueum*. Jacere anchoram, ſtare in ancoris; jactis anchoris ſubſiſtere, navem anchora fundare, firmare, *gtùniehuampun*. Tollere anchoram, navem ſolvere, præcidere funem, *gtùentun huampu*. Camelus, rudens, anchoræ funis, *vuta mau*. Velum, *amolhuampuqueum*, *amolhuampuhue*. Dare vela ventis, *amolhuampun*. Vela contrahere, colligere, ſubſtringere, *vutaln ta huampu*, *amolan huampu*. Pixis nautica, *gnel mapu*, *gnellafquenqueum*. Charta geographica, *gnelmapuchillca*, *gnellafquenquechi chillca*. Remigo, remum impellere, remis incumbere, inſurgere, remis navem impellere, *cahuen*, *cahuetun*. Inhibere remos, *ventencahuen*. Secundo flumine remigare, *cùntùn*, *cùnten*. Haurire ſentinam, *gacan*.

558 Ventus, *crùf*, *crf*. Boreas, Aquilo, *picu*. Boreas flat, ſpirat, *picuquei*. Auſter, Notus, *huaihuen*. Notum flare, *huaihuenn*. Solanus, ſubſolanus, *puelche*, *puelcrùf*. Favonius, Zephyrus, *gúllhue*, *gùllque crf*.

Eurus, *Curúbuaibuen* Africus, *carùbuai-buen.* Caurus, Argeſtes, *carú picu.* Cæcias, *curù picu.* Ventus vehemens, *vuta crùf.* Ventus pluviam indicans, afferens, *maucrúf.* Ventus adverſus, contrarius, *buelu crf.* Turbo, *meulen.* Locus apricus, *ncm*, *ncùm*, *nùcúm.* eo ſe recipere, *nùcùmtun.* Maris tranquillitas, malacia, fluſtrum: magna eſt a vento maris tranquillitas, nullo vento mare concutitur, nullo flatu agitatur, commovetur, malacia naves detenentur, *nùcùm antù*, *ùdbue*, *údbue antù.* Ventum minui, deſiſtere, *tùgn.* Flo, ſpiro, inflo, *pimun. 805.* Afflat, aſpirat ventus, *cùmei vachi crf*, *cume crùf tva.* Pulveris nubes, *tuvúrn.* Frumentum ventilare, ventilabro excernere, purgare, *pichúln*, *pichúlcan.* Subfrigida tempeſtas, *virquen antù.* Subfrigidum eſſe, *vircùn.* Frigus, *ute.* Frigida tempeſtas eſt, *ùtegei.* Frigus ingruit, *cupaùtegei.* Frigeo, algeo: frigidum, algidum eſſe, *uten.* Frigeſco, langueſcere, intepeſcere, languidiorem, molliorem, remiſſiorem indies fieri: pia ejus ſtudia languerunt, deferbuerunt, in languorem abierunt, reſtincta ſunt: priſtinus ille pietatis ardor elanguit, refrixit, extinctus eſt, *túun.*

559. Jam ventorum vis remiſit; jam cæli facies torva & procelloſa in ſerenam & tran-

tranquillam abit, ut jam tranquillis utamur fluctibus, *cúmegetun*, *liſhuenun*, *liſgetun*, *elutun*, *liſtun antù*. Pluviam, imbrem, procellam remittere, ceſſare: jam imbrium vis remittit, cælumque ſudum ac ſerenum redditur, *chùn*. Eo ubi non pluit confugere, in locum ſiccum, ſub tectum ſe recipere, *chùtun*. Idonea ad navigandum tempeſtas, egregia, ſecunda, ſerena, *huegan*. Adverſa tempeſtas, frigida, turbida, turbulenta: anni tempore navigatione excludimur, nobis per tempus navigare non licet; turbulenta tempeſtas, & vis hyemis navigationi obſtat, ventus vehemens & atrox a navegando deterret, tempeſtas nos continet, *cùmelai*, *hueralei antú*, *huegagelai*. Procella, tempeſtas, *cúguma*. Sol pluviam prognoſticans, *pillel cuſe*. Solis reflexus, *aipin*. Sol intra nubem, *huemi antù*. Sol intra circulum, *antú cahuin*. Sol clarus, ſerenus occidit, *pegecontui antu*, *pege coni antù*. Exhalationes igneæ, quæ quandoque videntur noctu, *cheurvoe*.

560. Exempla. *Anui huampu*, navis hæret in ſcopulis, vadis illiſa eſt.

Chem crùf mlei, *amoquei*, *miauquei?* quis ventus exoritur, flat, ſpirat?

Crf vemgei, eſt velociſſimus.

Arei, *ptei antù*, ſol urit, adurit.

Hueihuin ktal naûpai, fulmen decidit, cælum ſulmina mittit, jacet, jaculatur; quidam de cælo tactus; fulmine ictus, percuſſus, fulminatus, fulguritus eſt.

Chem antù ᵹ*ei*? quæ aura? quæ tempeſtas?

*Cùme antù*ᵹ*ei*, bona tempeſtas, aura favet.

*Cupacù*ᵹ*umaquei*, turbida ac dira tempeſtas nobis imminet, impendet.

*Hueracù*ᵹ*uma*ᵹ*ebui*, ſæviſſimis fluctibus claſſis jactata, concuſſa, conflictata eſt, graviſſima tempeſtate navis quaſſata, agitata eſt, tantum non fluctibus ſubmerſi ſumus, pæne nos fluctus abſorbuerunt.

*Huelu iauquei ta in mo*ᵹ*en; huiſtùûún antù* ᵹ*elai*, variabilis eſt hujus vitæ conditio; ingens temporum viciſſitudo, multæ ac variæ fortunæ vices, nemo unus ex omni parte beatus.

*Cùme*ᵹ*etuai chei*, *cúme* ᵹ*etulaiai chemai*, neſcio an bona. an mala tempeſtas ſecutura ſit.

*Uche*ᵹ*ei*, ſentitur frigus.

*Oviſa vem*ᵹ*ei huirca huenu tvei*, iſtæ nubes a ſole rutilantes gregi ovium non ſunt abſimiles.

Veula mi cahuetun cam ve? num hæ ſunt primæ vices, quibus remum impellis? an neſcis adhuc quo pacto remis incumbendum, inſurgendum ſit. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 561.

561. Muſica.

Cano, canto, cantico, modulor, cantus edere, fundere, *ùlcatun*, *pramn. 571.* Concino, ú*lcatuclon*, *vill úllcatuign.* Cantio, cantiuncula, cantilena, ú*l.* Machiorum cantiunculæ, *geicurehuen ùl. 411.* Machiorum, dum medicantur, ſibilus, ſibilum, ſibilare, *pivùln.* Indarum, dum molent, cantus, *llamecan.* Indorum Pehuenchium more canere, *hueicutun.* Pulſare fides, canere fidibus; calamum, tibiam inflare, tuba canere, campanam pulſare, *duguln.* Multorum vociferatio, voces inconditæ, clamor, quiritatus: vociferor, quirito, *eupun*, *huarùln. huaquen.* Echo us: reciproca vocis imago; ſoni, vocis repercuſſio, *auquinco.* Ad ludendum provocare, *dan.* Obſtrepo: pedum ſtrepitus, *kmtùlun.* Inſtrumentorum fabrilium ſtrepitus, *tautaun.* Strepitus rei cadentis, quæ decidit, *ialaln*, *ialalcún.* Suſurrus, murmur, *reupin*, *reureupin*, *hualhualun.* Fremitus, mugitus, *lululun.* Relaxatio animi; animum a curis & negotiis avocare, avertere, abducere; a moleſtis occupationibus ad has nugas abeo; per hæc oblectamenta animum laxare juvat, & libere reſpirare; hanc aberrationem a moleſtiis habeo, expedio me ab iis, quibus detineor, negotiis; & dum aliis remiſſius intendo, mihi ab omnibus vacare videor; curis va-

cuum per hæc amœna vagari & ſpatiari tantiſper juvat, *cùchalcan*. Ludo, colludo, jocor, nugas agere; nugari, joco aliquid dicere, jocis in alios ludere: nunquam tam male tibi eſt, ut non aliquid facete & commode dicas, *ahuùn*, *ahuùcan*. Subſilio, ſubſulto, ſubſultatio, *lemuun*. Percuſſo crebris palmis calceo ad numerum ſaltare, pede plaudere & digitis concrepare, *yapen*. Tripudium, ſaltatio, chorea; ſalto, tripudio: ad numerum ſaltare, choreas exercere, agitare, pueros puellasque manu conſertos reſtim circumducere, *prun*. Tripudium victoriæ cauſa, *yape puùllin*. 752. *pruloncon*. quod circum caput tripudient lanceæ infixum. Saltatio quam ſancta Maria vocatam, olim didicerunt ab Hiſpanis, *cunquen*. Choreæ ad excutiendum frumentum, *nuinprun*.

562. Buccina arundinea vel oſſea ex tibia hoſtis ab ipſis trucidati, *tutuca*. Cornu ſymphoniacum, *culcul*. Tibia, fiſtula, *pivùlca*, *pivillca*, *pincùllhue*, *pitucahue*. Tympanum, *cultun*, *cultunca*. Tympanum Machiis proprium, *túntùnca*. Aliud minuſculum, *ralli cultun*. Sonorus ex ære globulus, ſiſtrum, *colocolo*.

563. Ludere, ludus, luſus, luſio, *aucatun*.

tun. Ludus pilæ, ſphæromachia; pila ludere, *pillmatun.* Pila, *pillma.* Pilam pal ma, pala, reticulo excipere, ſiſtere, intercipere, percutere, jacere, mittere, reddere, retorquere, repellere, *pillmapraln*, *pillmapramn.* Excipere, ſiſtere, intercipere pilam, *malcotun.* Currere; curſu contendere, certare, *leſn*, *notuleſn.* Præcurrere, *penchuleſn 801.* Incipere, *llitun*, *huemaln.* Harpaſto ludere, *palin.* 797. *palitun.* Globus, *pali.* Harpaſtum, *uno*, *núno.* In harpaſti ludo errare, aberrare, non adeſſe, *canin.* Harpaſtum conſuetis cæremoniis expiare, ſanguine agni perungere, & tabaci fumo ſuffire, *pimurcùn.* Ludere granis maicii varii coloris, *piſiman.* Phaſeolis aut fabis ludere, *melicann*, *lliûcann 768.* Ludus divine divina, *dga dga milla.* 719. Errare, aberrare, *cunen.* Sponſionem facere, ſponſione aliquem laceſſere, cum aliquo certare: unius aurei ſponſionem facio nî Petrus vicerit, tantundem ſpondeo ſi vicerit, *cuden.* Sponſio, *ran.* Deponere argentum, veſtem, aut aliam rem apud aliquem: periculum adire, dare ſe in diſcrimen, periculo ſe offerre, ſe committere, *rann.* Ludo vincere; præmium aſſequi, conſequi, ferre, lucrari, *hueun.* 743. Ludo vinci: eſt profecto ubi damnum præſtet facere, quam lucrum, *hueugen.* Amitto: nihil mihi reli-

quum fecit fortuna, everſæ ſunt meæ res omnes ac deperditæ; naufragium feci rei familiaris: actum eſt de rebus meis, res mea familiaris periit, interiit, omnia mihi fortuna eripuit, abſtulit, ademit, *namn.* Amiſſa in ludo recuperare, recipere: neuter alteri v. neuter neutri debet, paria fecimus, *coretun.* Auctio, auctionem facere, bonorum auctionem conſtituere; auctionor, bona haſtæ ſubjecta ſectari, *notucullin*, *notucullinn.* Ludere par impar, *huellhuellcan.* Chartæ pictæ, luſoriæ chartulæ, *cudehue chillca.* In ludo prædæ & pugnæ ſocii, *incahuen.* Horum contrarii in ludo hoſtes, *cainehuen.* Latrunculorum ludus, *vuta Apo ni cuden.* Fritillus, alveus, *laſquen*, *lelvun*, *loſ.* Pedites, *epu namun*, *pu cona.* Equi, *pu cahuellu* Curſores, *necúlche.* Elephantes, *vuta talca.* Regina, *Toqui.* Rex, *mu vuta Apo* Albus, *liû.* Niger, *curù.* Regem de loco mutare, transferre in aliam ſedem, *llucai*, *cuniun gei.* Regem capere præſidio deſtitutum, & interclusum undique, *tavaicon*, *cunùval* Ludus pyramidum ſeu bacillorum, *mamllcan.*

564. Exempla. *Cúmei ta mi úl*, bona cantio, placet tua cantiuncula, bene cantaſti, optime.

Cúmei ta mi pel, optima vox, clara, ſonora,

nora, reſonans, ſplendida, acuta, ſuavis, lenis, valida, contenta, grandis, gravis, flexibilis, ad inflexionem facilis.

Cùme cultuncatueneu, tympani ſonitu me recreavit, lætitia ac gaudio affecit, v. me obtudit.

Petu duguldgequei campana, campana adhuc ſonat, auditur.

Eimi mi chillcatuaum v. chillcatual mo, ca que che pipigequei, te incumbente libris, alii garrulitati vacant.

Mi neculn iodi ta mi peni ni neculn mo, tu tuum fratrem curſu ſuperas, vincis.

Notu cudeimu ta mi peni eimu, fratrem tuum luſu laceſſiviſti, ad ludendum provocaſti.

Ta mi unabuel mo Miſſa mo, cudeknoquebuimi, potius ludo quam Sacro interfuiſti.

gelai ta mi tepelcabue? eimi, an non habes, quod agas animi cauſa; cujus aſpectu paſcaris, recreeris: quod tibi pro deliciis ſit, quo pro deliciis utaris, oblecteris, delecteris? tu mihi pro ridiculo ac delectamento es.

LLamecan mo quimlai pu mallûen ni kdau, cantantis pariter, pariter ſua penſa trahentis, fallitur ancillæ, decipiturque labor.

Rupalpi antù, tempus loquendo fefellit.

Raniu, ſponſionem faciamus.

Cùlatu cudei, vill nambi ni cullin, tertio

luſu

luſu nihil illi deinceps reliquum fuit.

Cùlatu mo v. cùlatun mo v. cùlatugele hueungei, ex tertia luſione dependet victoria.

Vachitu mo hueulaiaimi, hac vice non vinces.

Vachitu mo cunivalcaumecuúmeimi, ex eo tempore inclinata eſt res tua; omnia tua ad interitum vergunt, ad præcipitium inclinant, in pejus ruunt, quotidie deteriora fluunt.

Deuma meligen, palingen, habeo quatuor, ergo palmam fero, ſum igitur victor.

Aldù huei ta ni uyautuaeum, mirum ſi tu mihi te comparas, mihi minime comparandus.

Uûaulefign, pari currunt velocitate.

Hueubin quine cahuellu palin mo, equum Harpaſto retuli, ſum lucratus.

565. Mechanica.

Medicus, Chirurgus, Artifex, opifex, faber, opilio, *caman*. Officina, *camanhue*. Ars, artificium, artefactum, *camangen*. Magiſter, *buenu*. Mercator, negotiator, *gillacavoe*. 420. Qui veſtibus emendis & vendendis vitam traducit, *ulmacunvoe* 466. Piſcator, *challuaentuve*. 392. 428. Arator, *quetave*. 397. 406. Auriga, vector, *quechave*. 366. 372. 552. Opilio, Upilio, *oviſa caman*. 362. Tonſor, *paiuntuve*. 458. *quedincave*.

cave. 363. Ephippiorum faber, ſellarum artifex, *ſillave.* 367. Figulus, *huidúve.* 425. 520. Faber lignarius, *rùpuve.* 397. 567. Faber ferrarius, *rútan caman*, *rutave panilhue.* 420. Aurifex, *rútave milla*, *rtave lien.* 420. Sartor, *nùdùſcaman.* 466. 469. Aves aviculasque prohibens, perterrefaciens, *igabun caman.* 379. 407.

566. Cocus, coquus, coquinaria miniſtra: vix coquum invenias, quin ſit milvinis aut aquilinis unguibus, *incanve.* 474. 477. Lanifica, quæ filum net, *vuùve.* 472. 363. Sarcitrix, ſarcinatrix, *nidúſcave.* 473. Textrix, *gùrecave.* 473. Infector, *avúlcave.* 417. Qui cæruleo colore inficit, *calvulve.* Qui rubro, *quelúve*, &c. at niger color nullo colore deletur. Lotrix, lavatrix, *cùchacavoe.* 428. 432. 520.

567. Contendere arcum; tignis & trabibus domum rudem informare, ligna omnia lecti, menſæ, ſellæ inter ſe committere, ſuo loco ponere, *eln*, *chicùmn.* Supradicta diſſolvere, laxare, *chilvuln.* Laxari, diſſolvi, *chllvun*, *chilvun.* Facio, efficio, *mùln*, *vemn.* Laboro: magnopere laboravi, ut perficerem, *kdaun*, *kdaucan.* Labor, opera, opus, *kùdau*, *kdau.* Aliud cum alio adæquare, *mùrln!*, *mùrknon*, *cúnchan*, *lùtùmn*, *tùrmn*, *trmn.* Par, compar, æqualis,

lis, *múr*, *túr*. *843*. Compono: unam rem alteri v. ad alteram aptare, aliquid ornare, apparare, conſtruere, concinnare, *pepiln*, *tùrmn*. Levigo, polio, *ilcoin*. Tendo, extendo, protendo, diffundo, *lapmn*. Bene rem facere, præſtare quod debet, officio ſatisfacere, *púlln* *817*. Refrico, attero, *pidcùn*. Aliud aliud, ſicut annuli catenæ, mordere, apprehendere, ú*natun*. Transverſum, transverſarium, *caquel*, *caql*. Transverſim ſtare, ponere, collocare, *caqueln*.
Includo: intromitto, ù*tafcùn*. Inæquale, iniquum, impar, imperfectum, *ùto*. Ita eſſe, út*on*. Inchoatum abrumpere; non perficere: non deſinam, donec perficiam; niſi perfecta re Deo favente, non deſiſtam, ùt*oknon*. Res perfecta, cui nihil abeſt, ad unguem facta, omnibus numeris aſſoluta, *opun*. Omnino, prorſus æquare, implere, perficere. Item, promiſſis ſtare, promiſſa ſervare, implere, exequi, exhibere, tueri, præſtare, fidem ſuam liberare; votum reddere, perſolvere, promiſſis non deeſſe, ſatisfacere, *opuln*. Scalpro fabri lignarii, terebrâ, ferro fodere, perfodere, terebrare, perterebrare, *catan*. Stylo præacuto pungere, perfodere, *pincùn* *807*. Perforo, perfodio, *dollmn*, *buepùmn*. Terebro, perterebro, *rincun*.
Scindere, findere ligna, *rian*, *huìran*.
Scindo, ſeco, cædo, abſcindo, reſeco, amputo,

puto, deſeco, exſeco, decido, intercido, in fruſta concidere, reſecare, *catan 695.* Conjungo, conglutino, copulo, *pnarcún.810.* Hæreo, adhæreo, inhæreo, *pnadn.* Præ-lo aliquid ſubmittere, ſupponere, premere, excudere, urgere, *tapedcùn.* Limo, elimo, ſcripta caſtigare, perpolire, perficere, ad limam revocare, urſino more fingere, *cugúrcún.* Aliquid frango, confringo, infringo, effringo, elido, *tavon, mutovn, hueton.* Contero, contundo, comminuo, *tanan.* Projicio, conjicio, affigo, *tanatcun.* Peritiam, in agendo acquirere, *adln.* Notam apponere, cenſoriam notam inurere, vitium, defectum, mendum objicere, unum illi objicitur, quod... videte quam rem mihi vitio vertant, quo nomine illis diſpliceam, maleque apud eos audiam, *adelcan, adlcan.* Pala terram attollere, in altum tollere. levare, ſublevare, *damun.* Terra locum munire, ſolum pavire, complanare, tundere, *gichinn.* Reſtes contorquere, *maun.* Reſtis, *mau.* Ligna, lapidem excidere, formare, informare, excudere; *cafn, rpun, qmpun.* Tabula, palus, lignum formatum, *caf.* Palum intercidere, in fruſta concidere, ſecare, *qmpun.* Lapides excidere, *rutin.* Ferrum incendere, adurere, *cubillcan.* Malleo percutere, tundere, *rtan.* Frangi, comminui, *chincdn, chinclln.* Abſolvo, perficio, conficio,

ficio, finio: rem perfeci, confeci, abſolvi, ad exitum perduxi, ultimam jam manum & quaſi faſtigium operi impoſui, impoſui coronidem, *deuman.* Secum portare, *yelnın.* In opere, labore ſocius, adjutor, coadjutor, *cùlla.*

568. Securis, *cachal.* Haſtile, *cùmpal.* Securis foramen, oculus, ge *cachal.* Aſcia, dolabra, *maichúhue.* 772. Scalprum fabri lignarii, *catahue.* Stylus præacutus, *pincù-hue.* Lignum acutum, quo terram perforant, *pal.* Duæ perticæ ligatæ inſtar forcipis, quibus trabes attollunt, ſuſtinent, *ichu.* Gluten, viſcus, *cùntal.* Carruca, currus, plauſtrum; *chincúlhue.* Rota, orbita, *chincl.*

569 Exempla. *Chem caman geimi?* quam artem calles, profiteris, in qua arte te exerces?

Ta caman niei ni mogeam, artem quævis alit terra: merx valet: ars præſtat; ſi merx perit, ars mihi reſtat.

Kdau nien, habeo quod agam, nunquam mihi vacat a labore, negotiis; nihil unquam habeo vacui temporis, nihil mihi otii unquam datur, nulla quies: labore, negotiis ita diſtrahor ac detineor, ut reſpirare vix poſſim: vix otium aut vacuum tempus ad ſcalpendas aures mihi ſupereſt; obruor nego-

gotiorum fluctibus; nunquam mihi per occupationes ſpiritum libere ducere licet.

Elueli ta ni ial , ni tacual , kdaucloaiu quine tipantu, ſi mihi das victum & veſtitum, in annum integrum tibi operam meam addico.

Chem kdau gueimi ? cui rei nunc vacas, in quod negotium incumbis, quid tractas, curas, meditaris, agis?

Chem kdau nacùmaimi v. nacmaimi, quodnam opus proxime abſolvis.

Entun ta ni kdau, penſnm meum peregi, abſolvi, confeci.

Mari antù entuan, poſt deciduum penſum meum abſolvero, v. petam, ſuſcipiam, admittam, ſpondebo decem dierum penſum.

Rupan v. rupal kdau, peracti labores v. labore peracto. NB. Indi Chilenſes habent, portantque ſecum funicnlum in quo annotant dies laboris peracti: nam ſingulis diebus laborioſis ſeu quibus operantur, poſt ſolis occaſum innectunt ſuo funiculo, qui idcirco *pron*, nodus vocatur, nodum. 813.

Cachal moi vachi mamll, huic ligno ſcindendo, ſecuri opus eſt.

Maichùbuetuquebin vachi tibue , aſcia hanc laurum formo.

Chem mo v. chem egu rputubimi vachi mamll ? cachal mo v. egu; maichùbue mo v.

 egu?

egu? quo inſtrumento formaſti lignum hoc? ſecuri, aſcia.

Catabuebin ta ni panilbue, meum ferrum in ſcalprum converti, transformavi.

Cataquilmi vachi cúti, *399.* noli ſcalpro, terebrâ lædere myrtum iſtam.

Cúulbimn ta mn rpun, proſequimini ligna hæc componere v. in his lignis recte formandis.

Cupaleleimi vau meu ta mi mlepraiam v. ta mi mlepraal mo, num te conduxi, ut hic deſideres? ad quid veniſti, an ut manum ſub axilla, ſub veſte aut in ſinu haberes; ut ſtes otioſus?

Pepi cupalaiam, non poſſunt venire, adeſſe illis non licet.

ni cupaiam nillipùgevali, *v. nillipun moi ta ni cupaial*, non venit niſi rogatus: ſemper eſt rogandus.

Pepi amoam, ire licet.

Chem mo mlgequei tva? ex qua materia hoc conficitur?

Chem mo tipai, *chuchi ni tipamom*, unde eſt ortum.

Mamll mo mlquebin, feci ex ligno.

Cura mo mlqueel, factum ex lapide.

Panilbue gei tva, hoc eſt ex ferro confectum.

Cumpanilbue vemgei tva, hoc cupro non eſt abſimile.

Mlei

Mlei rau ta ni *huidúam v. dgoll* ni *mlam v. mlabium v. ta* ni *mldgollam*, habeo lutum ad ollas efformandas.

Tva llechi maupeal, en unde reſtes contorqueam.

Aldú llei ta ni *caſal*, non deeſt, eſt abunde, unde ſcindantur tabulæ.

Tva ticaabuel llechi, hinc conficientur lateres.

Tva cúchacan, en lota, lauta omnia.

Maupen, reſtibus contorquendis occupor.

LLitulnoelchi dgu deumavalai, nunquam cœptum, nunquam finitum: quod caret principio, fine quoque careat neceſſe eſt: echinus parturiens malo ſuo cunctatur.

Ralli deumaimi caſcaman genolu v. caſcaman no eimi, catinum perfeciſti, quamvis non ſis artifex.

Deulai, deumagelai, huechuntugelai; ancaknogei, eſt opus imperfectum, deeſt dimidia pars.

ni *vemabiel mo v.* ni *vemabium quine antùnmaiai*, antequam id faciat, nectet diei moras.

Vamaimi, vemaimi, ſic facies.

Marichi vei pile, vemlaiabin, licet jubeat ſexcenties, non faciam.

Lemlaiabimi vachi mamll, esne huic ligno attollendo, ſuſtinendo?

Lemlaian em, non ſum.

gelai, *pepilan*, non, non poſſum, absque piaculo præſtare nequirem.

Oviſa caman buenevoe llechi, Opilio eſt perſæpe non paſtor, ſed fur & lupus.

Huera mlqueel, male, peſſime factum: perperam inſtituiſti hoc; aliam rationem ineas oportet.

Cúme pepilimi mai, eleganter factum; ſane multum doctus es; calles artem tuam, plurimum in ea profeciſti.

Cúme pepilelchi dgu ùchavalai, res eleganti opere atque affabre facta cito venit; de emptore non dubitet.

Opun pirina, frenum cui nihil deeſt, abeſt.

570. Artes liberales.

Medicus, *ampin caman*. 534. Notarius, *Chillcan caman*; *Chillcaknovoe*. Poeta ſciens carmina condere, facere, fundere, verſus ſcribere, conſcribere; carminibus aliquid pangere, celebrare, componere, perſequi, exprimere, facere cantinculas, *gen pin*. Auctor, inventor, rei machinator & architectus ſum, *vutaln: vutalbin*. Divinus, vates, Hariolus, Auſpex, augur, auctor, principium, inventor rei novæ, *llihua*. Idioma, patrius ſermo, vernacula lingua, *dugu*. Lingua Hiſpana v. Hiſpanica, *Huinca dugu*. Lingua Chilena v Chilenſis, *Chilidugu*. Aliarum nationum, *Muru Huinca dugu*.

571.

571. Cantio, verſus, carmen, cantiuncula, cantinela, *úl. 650.* Cano, canto, modulor, úl*n*, úl*can*, úl*catun*, *pramn*, *pramúln*, *pramùlcan.* Laudo, collaudo: aliquem a genere, a virtutis ſtudio, a litteris commendare: omnes illum maxime commendant, laudibus ornant, afficiunt, cumulant, efferunt, extollunt, in cælum ferunt: maximam illi laudem omnes tribuunt, impertiuntur, deferunt: celebratur ab omnibus; ſummas in illum laudes congerunt; eſt de illius laudibus fama conſentiens, ù*lmeyen*, *cùme ùlmeyen.* Obtrector: detrahere abſentibus; alicui v. de ejus fama detrahere: multi de te rumores vagantur, diſſipantur; male apud plures audis, eſt in circulis de te obtrectatorum ſermo liberior; in multorum ſermonem, vituperationemque veniſti, incidiſti; multi te in invidiam vocant, *huera* ù*lmeyen.* Liber, codex, charta, papyrus, epiſtola, litteræ. item ferrum, quo nota pecudi inuritur; vel ſtigma fugitivo inſcribitur, aut ſervus notis threiciis inſignitur, *Chillca.* Atramentum, calamus, &c. *chillcah*ue. Liber precum, Breviarium, Roſarium, *amomarih*ue, *amomariqueum* Scribo, conſcribo, exaro; notis literarum ſcribere, notis in ſcribendo uti, *chillcan*, *chillcaln.* Lego, ſtudeo: litteris operam dare, navare; ſtudio vacare, libris incumbere, *chillcatun.*

Tabellarius, nuncius, curſor, *acutulchillcavoe.* Atramentum charta bibit; atramento papyrus permadeſcit, charta aut papyrus bibula, *rumetipan.* Delineo; lineas ducere: pingo, depingo, velim mihi imaginem eximio artificio, egregio opere depingas, politiſſime exprimas, optimis coloribus illuſtres, ſingulari arte perpolias, perficias, *huirin.* Significare, *piquen.* Peritus, expertus, armorum & equitandi peritiſſimus, certo ictu deſtinata figere ſolitus, *quimlu.* Elegantiſſime loquitur, emendate, venuſte; ſplendidam quandam & minime veteratoriam dicendi rationem habet; elucet in eo nativa & incorrupta ſermonis puritas & integritas, *ritodugun.* Fingere, comminiſci: ex ſe araneus texit telam, ipſe mendacium aſtruit, e cerebro fingit, *llihuan, llihuatun.* Carmina facere, fundere, pangere, condere, ſcribere, cantiunculas componere, *entuùln, entuúlùn.*

572. Doceo, edoceo, erudio, inſtruo, inſtituo: præcepta dare, documenta tradere: Chriſtianæ fidei rudimenta tradere, fidei myſteria rudibus exponere, pro eorum captu explicare, pueros liberaliter educare, urbanis moribus inſtruere, erudire, ad humanitatem informare, *gnen, gneln.* Declaro, explico, expono, explano, aperio, exprimo,

primo, ediſſero, interpretor: loco obſcuro ac difficili lucem afferre, adhibere; ſententiarum floſculos ex optimis auctoribus carpere, colligere, decerpere, ex divite ſcientiarum & eruditionis penu ſubſidium juventuti depromere, parare, comparare, *entuln, entudugun.* Oſtendo, demonſtro, *pegeln.* Diſco ediſco: quidquid ſcientiæ, cognitionis, doctrinæ, intelligentiæ conſecutus ſum; a te didici, percepi, ſuſcepi, ſumpſi, arripui, ex te hauſi; tibi acceptum refero: tu mihi ad rerum ſcientiam & cognitionem præluxiſti, viam aperuiſti, oſtendiſti, facem prætuliſti: te duce ac magiſtro ad multarum rerum cognitionem perveni; ad rerum ſcientiam eruditus, inſtructus, informatus, expolitus ſum, *gneitun.*

573. Exempla. *Cúmie dgu ica cùme gneitubilu, hueraque dgu gneituquibilmi em*, ut melior fias, non autem dediſcenda addiſcito.

Quimmequen DIOS ni dgu, eo ad ludum litterarium, ut fidei rudimenta addiſcens bonis inſuper moribus excolar.

Acun ta ni quimam v. quimalu, venio exploraturus, examinaturus; ut ſciam, reſciam, audiam, videam.

Quimlai rume, nihil ſcit omnino, eſt prorſus ignarus, inſcius, imperitus.

Quimlcagepaquen, venio docendus.

Quimlcaŋemequen, eo ut docear.

Acun ta ṅi *quimlŋeam v. quimlŋealu*, venio ut erudiar, inſtruar.

Quimlelen amomarin mandamientos piel v. piŋelu, doce me orationem, quam Decalogum vocant.

Quimlṅuan, docere nebulones, nequam, vafros, nequitiam, &c.

ṅuaquimln, docere nequiter, &c.

Amoŋe buera bueṅi, uia ula coṅiŋeimi, quimlcamoabuin, apage te puer inquies, vix heri natus hodie nos doceas.

Inche ṅi *quimlal eimi*, tu es docendus a me, tu meus in arte novitius; in re autem litteraria diſcipulus ac Tyro eſſe poſſis.

Aldùn quiṅe nemel mo, quam multa quam paucis!

Peŋelbiŋe, oſtende ſis; ſine, videam.

Iod aiubun ta ṅi *umautuabuel*, *ta* ṅi *chillcatuabuel mo*, magis dormire juvat, quam legere: ſomnus me a libris ad lectum invitat.

Vill antú renmai ta ṅi *chillcatun*, toto die perſeverat in Muſæo.

Chillcatuli v. deuma chillcatuli umautumen, poſt ſtudium eo cubitum.

Urcutun chillcatun mo, totus in eo ſum, ut animum doctrina excolam, ad litterarum ſtudia me totum refero, omne meum tempus in litteris conſumitur: librum de manibus nunquam depono, die nocteque in mani-

manibus habeo; hoc mihi negotium eſt; hoc otium, hoc labor, hoc quies.

Inei chillcatulai rume, *inche mai chillcatuquen*, præter me nemo alius litteris vacat, ſtudiis incumbit, navat operam.

Aldùn tepelquei quine cúme chillca, litterarum ſtudium eſt quoddam quaſi animi pabulum, bonarum artium ſtudiis animus ſuaviſſime paſcitur, recreatur, ineſt animis noſtris magnus quidam ſciendi innatus amor.

Aiùlan ta mi chillcatubueael v. aiúbuelan ta mi chillcatual, nolo ut ſtudiorum ſpatium v. curriculum diutius percurras.

Munape ta mi chillcatun, velim tibi in ſtudiis parcas; modum tibi in litteris addiſcendis adhibeas, ſtatuas, præſcribas, velim tibi ſit ſtudiorum modus; ne nimium diu in litterarum ſtudiis incumbas: adige equum ad metam.

Eimi mi chillcatuum v. chillcatuel mo, caque che pipigequei, quando tu ſtudes, alii confabulantur, garriunt, ſermones miſcent, ſermonem per otium cum aliis habent, colloquuntur, ſtrepitum ac tumultum excitant.

Cupa chillcatutuan em! ad ſtudia redire, me referre vehementer cupio; priſtina ſtudia revocare, intermiſſa repetere juvat: ſcholas iterum frequentare, ad ſcholam ventitare, frequens venire, mihi in animo eſt.

ni chillcaum v. chillcaam v. chillcaal mo

mlmlai ta ni cuú, inter ſcribendum mihi manus contremit.

Acui acutulchillcavoe, curſor, nuncius, tabellarius venit.

Chillcavalpaeneu, litteras ad me miſit ſale & facetiis conditas, ſalibus aſperſas; urbanitate ac jocis ſuaviſſimas, feſtivas & ſuavitatis plenas litteras ad me dedit.

Huerquen ni vla aldùn matuluquen vachi chillca mo, quod nuncius nimium properet; ne nuncium urgentem detineam diutius, hæc ad te properans ſcribo: raptim, in magnis temporis anguſtiis, hoc ad te litterarum exaro.

Tva chillcaquibilmi, non eſt id epiſtolæ committendum, cave id epiſtolæ committas.

Aldùn tùyúeneu ta mi chilica, magna ex tuis litteris voluptate affectus ſum; jucundiſſimæ mihi fuerunt tuæ litteræ, magnæ mihi voluptati fuerunt, magno ex tuis litteris gaudio perfuſus ſum, magnopere tuis litteris lætatus fui, magna me lætitia tuæ litteræ affecerunt, magna me voluptate perfuderunt.

Chaichei ugellen mi chillca, jam diu a te litteras expecto: in ſumma ſum expectatione litterarum tuarum; jam diu litteras tuas requiro; abs te tam diu nihil litterum? tam longum, tam diuturnum tuarum litterarum ſilentium ferre non poſſum: in maximo ſum

tua-

tuarum litterarum deſiderio.

Chillcavalpaeneu ta ni chao, mihi a parente litteræ redditæ, allatæ ſunt: a parente litteras habeo, accepi, recepi.

Mi chillca gelabui tipantu, *antùno rume*, in tuis litteris dies non erat adſcriptus; quo die epiſtolam ſcripſeris non addidiſti, non ſubſcripſiſti epiſtolæ diem.

Chem piquei? quid ait, quid ſignificat?

Maldulelen vachi chillca, lege, perlege mihi hanc epiſtolam: quæ acerba ſunt ad experiendum, ſunt ad legendum jucunda.

Chillcatuvali vachi huirin, *chillcatuvalchi huirin tva*, quam ſcita manus; characteres quam pulchri.

Eimi iodbimi Pedro chillcatun mo, in litteris Petrus tibi cedat oportet, tibi primas concedat, tribuat, deferat; priores partes tribuat neceſſe eſt.

Inei rume Pedro Pablo egu quimChili duguquelai, neuter nec Petrus nec Paulus callet linguam Indo-Chilenſem.

Ramtuge mlele chei acutulchillcavoe, cognoſce, exquire an tabellarius advenerit.

Iodcúmei cúme quimquen, *aldún nien mo*, ſapere præſtat, quam multa poſſidere; nihil divitiæ ad ſapientiam.

Aldú chillcatuimi, *huelu mi peni iod chillcatuquei*, tu litteris diligenter, ſtudioſe, ſtre-

ſtrenue, naviter, accurate, impigre incumbis; at frater tuus diligentia, ſedulitate, vigilantia, induſtria, ſolertia multo majore. *ni llitun*, ni *deun ûûau DIOS* ni *vla*, a Jove principium cum Jove finis erit.

574. NB. Recolat nunc benevolus Lector dicta N. 300. jamque hujus linguæ aliquantulum peritus, facili negotio alia quam plurima vocabula proprio Marte acquiret præſertim ſi bene memoriæ inculcet, quæ habentur ſequentibus numeris: 12. 84. 85. 87. 86. 89. 91. 92 94. 191. 287.

Singula autem Vocabula, quæ in hoc libro reperiuntur veluti theſaurum & totidem Antiquitatis monumenta contempleris velim: quam autem id jure merito; Nota Antiquitatem eſſe duplicem : Antiquitas Temporis altera, altera loci antiquitas. Tempore ſunt antiqua, inter quæ intercedit longum temporis intervallum: ſunt loco antiqua, inter quæ interjacet ingens maris ac terræ tractus: illud eſt antiquum Tempore, quod multo tempore perduravit; & loco eſt antiquum quod ingentia marium ac terrarum ſpatia peragravit: antiqua tempore metimur longinquitate temporis; & quidnî loco antiqua longinquitate loci: quid autem hac ratione loci antiquitate eſt in

in toto terrarum orbe tam antiquum quam Lingua ſeu Idioma Regni Chilenſis in America meridionali remotiſſimi, parum abeſt, quin inter Antipodes.

Audi iter, quod mihi perficiendum fuit, ut hæc tibi vocabula inde afferrem. Cum anno 1746 agerem Miſſionarium Horſtmarienſem in Weſtphalia, India quæ mihi obvenit, quamvis quamcunque multos annos petiiſſem, fuit *Chili* in America meridionali. Sum igitur profectus Horſtmaria Monaſterio Weſtphaliæ, Colonia Agrippina, Amſtelodamo, ubi moratus dies novem. Ulyſſipone, ubi adveni die 22. Auguſti 1746. atque decem menſes moratus iter ſum proſecutus decima quarta Maji 1747. *Rio Janeiro* in Braſilia (utar nominibus ordinariis, ut ea in mappis geographicis inveniantur facilius) Huc appulimus 14. Julii die Divi Bonaventuræ; ſolvimus poſtridie S. Thereſiæ 17. Octobris. Inde *Rio de la Plata*, *Buenos Ayres*, veni pridie S. Martini urbis Patroni, atque ſecunda Februarii Feſto Purificationis quatuor vota profeſſus abii die nona ejusdem menſis, atque quadringinta & unius diei itinere *Por las Pampas* perveni *Mendozam*, ubi relictis curribus, mulis ſuperavimus Montes *Andes* altiſſimos: *la Cordillera*; quibus feliciter ſuperatis, perveni

ni una cum ſociis Jacobopolim Regni Chilenſis Metropolim, quatuordecim dierum mora ac perdifficili itinere. Inde perrexi Pencopolim ſeu ad urbem Conceptionis,ubi eſt Cathedralis ac proprius Epiſcopus, utì Jacobopoli: tandem perveni ad gradum Latitudinis Auſtralis trigeſimum nonum, & peragratis ibidem viginti annorum & aliquod menſium intervallo aliquoties mille leucis; anno 1768 in primis veſperis Divi Petri Apoſtolorum Principis perlatus ſum *Limam Peruviæ* Metropolim, ubi adveni 13. Julii pridie S. Bonaventuræ, diſceſſi die S. Patriarchæ noſtro Ignatio ſacra mox ubi ſonuit hora noctis duodecima, dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox... pridie D. Auguſtini 28. Auguſti appulimus *Panama*, inde poſtridie S. Caroli Borromæi perreximus *Porto Belo* vecti fluvio *Chagres*, in quo fluvio in loco, qui *Barbacoa* vocatur, naufragium paſſi; itinere viginti dierum moleſtiſſimo pervenimus *Porto Belo Carthagenam*,in utroque unius menſis moram paſſus; *Havanam*, *Cadix*, Portus S Mariæ, ubi in Conventu *la Victoria* anno & quatuor circiter menſibus perſiſtens, diſceſſi feſto S. Roſaliæ 4ta Septembris *Genuâ Porto Spazziam*, ubi adveni ultima Septembris die D. Hieronymi 1770.

Inde *Maſſa Carrara Piſam*, Liburnum,

Flo-

Florentiam, Romam, Lauretum, Anconam, Riminium, Imolam, Bononiam, Venetias, Paduam, Veronam, Trientum, Oenipontem, Lanſpergiam, Auguſtam Vind. Dillingam, *Studgart*, Manhemium, Moguntiam, Confluentiam, Coloniam, Marcodurum, Monaſterium Weſtphaliæ, Geiſtam, ubi hæc ſcribebam 15. Septembris 1772. qui modo ſum Monaſterii Weſtphaliæ apud Conſanguineos Uedinck.

DEUS ſit ſemper nobiscum.

Duc me, nec ſine me per me Deus optime duci; Nam duce me pereo, Te Duce ſalvus ero.

Si mihi Chriſtus adeſt, mihi fiet aranea murus, ſi mihi Chriſtus abeſt mihi murus aranea fiet.

Sic continua doctus experientia, oro iterum atque iterum, etiam atque etiam: Mane nobiscum Domine & Mater Domini.





ERRATA TOMI I.

Nro. 3. p. 5. l. 21. *adde :* At quando *ù* immediate ſequitur u; utrumque u coaleſcit in u longum E. g. *cuú*, manus, pronuntia *cu* : uti apud Hiſpanos & Germanos fit in his vocibus *feè*, Schnee, quæ ſunt monoſyllaba, quia *eè* coaleſcunt.

N. 4. *lege :* Sinonyma

N. 23. lin. 8. *lege:* Tvei.

N. 45. lin. 7. *lege* : cahuellu.

N. 48. lin. 4. *lege:* deuma.

N. 53. lin. 2. *lege :* vel.

N. 71. p. 34. lin. 13 *lege:* connoalu,connoam.

N. 75. lin. 10. *lege*: ùt N. 485.

N 83. p. 39. lin. 3 *lege :* matulcabiel mo.

N. 117. p. 53. lin. 6. *lege :* mu ca.

N. 198. p. 89. lin, 11. *lege:* racùduamn.

N. 342. p 200. lin. 7 *lege :* langueo.

N. 532. p. 439. lin 2. *lege :* mtmvaln.

CHI-

J777
H387c
v. 1

L. 6
2 fl. 20